STANDARD BIBLIOGRAPHIC MICROFILM TARGET

Section 1 Original Material (as filmed)

Author(s) Fell, John

Author's date(s)

Title Grammatica rationis, sive, Institutiones logicae

Publisher, if a book Theatro Sheldoniano

Publication Date(s) or period covered 1675

No. of vols. ( ) Pages ( ) Other ( )

Place of Publication Oxonii

Edition

Editor, or Translator

Holder of Original Material University of Toronto - Thomas Fisher Rare Book Library

Editor and Publisher of Microfilm Edition

Holder of Master Negative University of Toronto - Robarts Library, Photocopy Unit

Restrictions, if any, on use

Section 11 Technical Microfilm Data

Producing Laboratory U. OF T. LIBRARY. PHOTODUPLIC'N DEPT. Date JANUARY, 1977.

Film size - 35mm (XX), 16mm ( ), Reduction Ratio 14X ( ), 20X ( ), Other (12X),

Image Placement - 1A ( ), 11A (XX), 1B ( ), 11B ( ), Duplex ( ), Duo ( ).

NOTE that this form is to be used for books, manuscripts, records, maps, periodicals and newspapers interchangeable.

ALA: MICROFILM NORMS .



RAMMATIC
RATIONIS,

SIVE,

INSTITUTIONES

LOGICÆ.

Ψυχῆς περίπατος φροντίς.
Hippoc. Epid. l. 6.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO.
Anno Dom. CIↃ DCLXXV.

FOLLOWING
PAGE
MUTILATED

LECTORI PRAEFATIO.

PRIMO hic in limine profiteri oportebit, non me Verulamianum *Organon*, Gassendeam *Canonicam*, aut Cartesianam *Methodum*, novamve qualemcunque Dialecticæ *Institutionem* comminisci. Artis istius leges æternis auspiciis sanxivit olim magnus Nomothetes *Aristoteles*, tantisper duraturas, quamdiu rationi fides, veritati robur, aut literis honos constiterit.

Vetera hic & nota pridem omnibus propono; neque enim Authorem me, sed Editorem vendito, aliis plasticæ artis laudem relicturus; abunde enim mihi suffecerit si obstetriciam, quam & *Socrates* sibi vindicasse dicitur, non inutiliter exercuerim.

Hic loci id unum agitur, ut quæ in Systematis Compendiisque vulgatis minus expedita videbantur, perspicua fierent, & discentium captui accommodatiora: eademque opera Logica ipsa à præjudiciis quibus passim laborat aliquatenus vin-

FOLLOWING
PAGE
MUTILATED

indicaretur. Nimirum cum abstractionum, formalitatum, præcisionum, conceptuum, intentionum qua primarum, qua secundarum terriculamentis, ingenua pubes ipso quasi scientiarum limine absterreatur, huic malo medicinam aliquam facere studuimus: &, quoniam scientia omnis ex præcedente cognitione deducitur, neque aliter ad ignota quam per prius nota acceditur, atque adeo Græci, qui juvenes numerandi arte primum informabant, Analytica interveniente Logicam subinde docuere; è re futurum duxi, siquidem nos à Grammaticâ literarum exordia desumimus, experimentum facere, an non exinde ad Dialecticam gradus præstrui possit. Et sanè tentanti comparuit nihil magis expeditum, quam si à notionibus, quas in primis Grammaticæ elementis pueri superaverant, ad Dialecticas omnes pertransiretur. Unde pudeat illos deinceps qui in ludo literario, appellativorum, generum, declinationum, conjugationum, & proinde omnem entium rationis difficultatem exantlaverant; cum virilem in Aca-

demiâ togam induerint, in prædicabilis, prædicamenti, generis aut speciei nomenclaturâ deficere.

Porro cum jejuna sterilisque res olim habita fuerit Logica, quod substantia, corpus, vivens, anima, homo, Plato, Categoriam substantiæ occuparent, & par esset ceterarum conditio; opportunum videbatur diffusas prædicamentorum opes expromere, & ceu pompa quadam solicitè ostentare; nec non, præeunte Antistitis eruditi opera, manifestum reddere, rerum atque notionum censum, non adeo aut diffusum, aut varium, ut non de iisdem lustrum aliquod satis commodè institui possit. Quanti autem fuerit, animi conceptus per manipulos & contubernia disponi, & quasi sub vexillis procedere, is facilè æstimabit, qui apud se perpenderit exercitus validissimos, non copiarum numero, aut bellico apparatu, sed ordine & disciplina consistere, & disjectam aciem pariter fusam esse & fugatam.

Demum siquidem in illa Dialecticæ parte, quæ in conceptibus permiscendis,

dis, & argumentatione versatur, id potissimum satagebant scriptores, ut receptos Syllogismorum modos & figuras enarrarent, de illorum genesi, & fundamentis non multum soliciti; id egimus ut aliquanto diligentius res tota excuteretur, unde constaret Syllogismi leges, & proinde illationis vim, terminorumque perpetuum nexum, non temere aut pro imperio à Stagirita posita; sed à ratione ipsa, cujus fidissimus ille interpres, omnino fuisse designata.

Quid in reliquo hoc opere aut præstitum à me fuerit, aut designatum, mora erit referre; de iis omnibus penes alios judicium steterit. Et certe qualiacunque demum fuerint, de iisdem minime sum solicitus, cum potiora longè hac in Palæstra meditetur vir optimus juxta & eruditissimus, qui raro hoc in seculo exemplo, bonas literas malit quam seipsum promoveri; cujus lucubrationes, ad *Nominalium* mentem adornatas, propediem favente Numine typis nostris prelo donabimus.

Quin

Quin & insuper speramus ipsam matrem Academiam, alumnorum suorum usibus tandem aliquando hac ex parte prospecturam, publicisque monitis, verbisque suis non ad Dialecticam tantum, sed ad Artes alias manuducturam. Parum certe commodis publicis conducit pubem Anglicanam rudimenta rei Politicæ à democraticis *Belgis*, Theologiæ institutiones ab anti-hierarchicis *Genevensibus*, reliquaque artium documenta à scholarum illustrium obscurissimis ubique Pædagogis desumsisse. Nec magis in rem nostram cedit, quod tot ferè sint ad eruditionem duces, quot ejusdem candidati; quod infinita fere Compendia longissimos errores faciant; nullus sit Epitomarum, brevissimæ licet fuerint, finis; & Syntagmatum multitudine, tanquam aggestis in cumulum quisquiliis, penitus elidamur.

Veniam dabit alma Mater *Academia* si paulo importunius hæc ingeram, illiusque hac in re curas non sine convitio quodam efflagitem.

Ut autem, dum Palatia & Basilicæ extru-

truuntur, pergulæ in viciniâ erigi solent tantisper permansuræ dum sperata surrexerit moles, quæ sola æternitati consecranda est: hoc tuguriolum, extemporaneum illud quidem, & male contignatum, justiori operi protinus cessurum, excitandum duxi.

Quin mihi serio gratulabor, si vitium ubique faciens, & ultro ad ruinam properans, diuturniori fabricæ locum fecerit; & Syntagmatum quæ præcesserant turbæ additum, novo hoc documento comprobet, quam necesse sit *Institutione* una & solenni in publicum emissa, alias omnes è medio tollere, aut iisdem deinceps modum statuere.

Interea temporis admonendi sunt studiosi Juvenes, ut non facilem iis aurem præbeant, qui Dialecticam ceu rem barbaram & supervacuam convitiis prosequuntur. Criminantur scil. quod togatorum jurgiis unicè inserviat, ingenium obtundat, frangat mentis aciem, styli demum puritatem turbet & corrumpat: cum recta ratio, servilibus istis impedimentis libera, felicius longe perspexerit omnia

omnia & expediverit. Certe egregii isti in literis Dictatores eadem opera persuaserint, ut lacertis confisus tyro, nudus cetera & inermis, militari disciplina, armorum usu, totaque arte Tacticâ insuper habitâ, in aciem procedat, sibique hoc nomine victoriam & triumphos spondeat, quod omnino pugnare nesciat. Si autem mentis solertia corpus protegat, ipsumque, ope quavis destitutum, ornet instruatque; minimè putandum divinam illam indolem ad sua excutire commoda, & propria in tutela deficere. Ratio crede mihi armis & exercitatione indiget: suam habet illa Palæstram ubi luctetur, stadium quod decurrat; campum etiam Martium, in quo pugnet & digladietur, bellique studiis vacet. Non fortunæ modo unusquisque sed mentis etiam suæ faber est. Legendo pascitur animus, meditando digerit, disceptando nervos & robora adsciscit: intermissis vero studiis, tanquam cibis substractis, languet & inedia conficitur. Penes unumquemque nostrum est ut sapiamus, &, ut ait *Fabius, sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad*

ad sævitiam feræ gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio. Indociles non magis secundum naturam homines eduntur, quam prodigiosa corpora & monstris insignia; & quanquam præstat ingenio alius alium, nemo reperitur qui sit studio nihil consecutus. Bene itaque de nobismetipsis mereri satagamus; & singulari illo, quo à summo Numine aucti sumus munere, sic utamur, ut cum profectu & usura Largitori offeramus. Pudeat Orchestram, sphæristerium, ludum gladiatorium, scholis prætulisse: pluris Lenonem, Mimum, ant Lanistam æstimasse, quam Præceptorem aut Philosophum; Villas, agros, viridaria diligenter excoluisse, cum mens interim deserta jaceat: leporisque venationi intentos scientiarum indaginem præteriisse. Res ista solum Hominis digna est curis, quæ una homines facit. Quæ pia mens est, & cara Deo, suæ originis memor cognatos requirit cœlos; speculando visionem meditatur; & virtutis, sapientiæ, pietatisque studiis, tanquam minoribus Mysteriis ad divinam ἐποπτείαν imbui se cupit, & initiari.

GRAMMATICA RATIONIS, SIVE INSTITUTIO LOGICA.

LOGICA (quæ etiam à parte potiori *Dialectica* vocatur) est Ars congruè sentiendi.

Congrue sentimus, cum res intelligimus sicut sunt, & eo ordine quo sunt. Hoc potissimum fit ope *Definitionis* & *Divisionis*.

Definitio docet *quid* res sit, explicando naturam.

Divisio docet *quotuplex* sit, recensendo partes.

Vulgo definitur *Logica* ut sit, *Ars dirigens mentem in cognitionem rerum*.

Derivatur ἀπὸ τοῦ λόγου, quæ vox rationem simul & orationem significat.

Ars dicitur non *manualis*, sed *mentalis*; quæ conficit instrumenta, verba scilicet seu voces, quæ sunt mentis quasi instrumenta, per quæ res apprehendit:

Voces, quæ & *Termini* dicuntur, in triplici statu considerantur: suntque,

1. *Simplices*, quæ discerptæ in partes nihil significant; ut *nomen*, *casus*, *declinabile*.

2. *Complexæ*, quæ plura atque diversa denotant; ut *nomen est declinabile*: *id quod habet casus est declinabile*.

3. Ex complexis conflatæ, quæ rem propositam ratione addita evincunt.

> *Quod habet casus est declinabile*;
> At vero *Nomen habet casus*,
> Proinde *Nomen est declinabile*.

Dirigens dicitur, quia disponit apta & idonea

verba, per quæ res melius innotescant menti.

Tres autem sunt *actus mentis*. 1. *Simplex Apprehensio*. 2. *Judicium*. 3. *Discursus*.

1. Simplex *Apprehensio* est actus mentis per quem concipimus rem unam per se; *v.g. Arborem*.

2. *Judicium* est actus mentis de pluribus apprehensis sententiam ferens; estque *affirmativum*, sive *compositio*, per quam duas res inter se convenire concipimus; viz. *Arborem esse nomen substantivum*: vel *negativum*, sive *divisio*, per quam duas res ab ipsis invicem separamus, & dissentire concipimus; *v.g. Arborem non esse nomen Adjectivum*.

3. *Discursus* (qui & *Argumentatio* dicitur) est actus mentis per quem ab unâ re cognitâ in aliam cognoscendam deducimur, & unam rem ex aliâ inferimus; v.g. *arbor est substantivum, ergo declinabile*.

Ex his tribus mentis actibus vocumque classibus oriuntur tres Logicæ partes.

1ª agit de vocibus *simplicibus*.

2ª agit de voce complexâ, i. e. *Propositione*.

3ª agit de propositione complexâ, vel rationem reddente, i. e. *Syllogismo*.

Vox est sonus ex animantis ore editus, certis quibusdam instrumentis formatus; & est signum rei vel conceptuum.

Nimirum *voces declarant conceptus*, & etiam adhibentur, sive *supponunt pro rebus*; siquidem res ipsæ inter disserendum, in medium afferri non possunt: hoc est, *voces* sunt signa *manifestativa* conceptuum, *suppositiva* rerum.

Sonus

Sonus est quod ex collisione corporum solidorum auditur.

Instrumenta loquelæ sunt, guttur, lingua, palatum, dentes, & duo labra.

Signum est quod aliud sensui, aliud intellectui repræsentat; ut vox *homo* dum profertur, sensui sonum ingerit, intellectui *animal rationale*.

Signum est vel *naturale*, quod ex naturâ rem repræsentat; ut *fumus ignem*.

Vel *ex instituto*, quod ex arbitrio rem indicat; ut *hedera vinum*, vox *homo* rem *naturæ humanæ* compotem.

Vox autem in genere est duplex.

1. *Non significativa*, ut *blitri*.

2. *Significativa*: estque vel *naturalis*, quæ idem ubique significat, ut *gemitus*; vel *ex instituto*, quæ ad imponentis arbitrium significat, & ubique gentium variatur: estque triplex,

1. *Mentalis*, quæ idem est ac ipse conceptus, vocaturque ab *Aristotele* ὁμοίωμα τῶν πραγμάτων, unde λόγος ἐνδιάθετος.

2. *Scripta*, quæ dicitur σύμβολον τῶν ἐν τῇ φωνῇ.

3. *Prolata*, quæ dicitur σύμβολον τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων, & propriè est vox *Logica*. Dicitur etiam λόγος προφορικός.

Est vero

1. *Categorematica*, quæ per se aliquid significat; ut *Arbor*.

2. *Syncategorematica*, quæ nihil significat separatim; ut *omnis*.

Insuper vox est vel *primæ intentionis* seu notionis, quæ primum imponitur rei; ut *Homo*, signum humanæ naturæ; (Ejusmodi vox in communi

muni usu posita est, & primo à nobis cognoscitur) vel *Secundæ intentionis*, sive notionis, quæ denuo rei imponitur, sub novo conceptu habitæ, & notæ; ut, *substantivum*, signum naturæ per se stantis, quæ quidem homini rebusque aliis inest: hæc dicitur vox artis, utpote quæ scientiis servit.

Vox Logica, vox artis est; signum rei, non ut est, sed ut concipitur esse; idque non nude, sed sub habitudine secundariò ab intellectu formatâ.

Vox Logica semper *nomen est*.

Verbum nullum Logicum est præter *Sum*; quod etiam non est signum rei, sed copula plurium vocum, idque solum in præsenti tempore; reliqua enim tempora reduci debent ad præsens. Quodvis aliud verbum, excepto *Sum*, dicitur verbum adjectivum, quia in *Sum & adjectivum* resolvitur, ut Ambulo, id est, *sum ambulans*.

Dictiones hujusmodi, *omnis*, *nullus*, *aliquis*, *hic*, *magnus*, *parvus*, *valde*, &c. Logicæ voces non sunt, neque enim sunt signa rerum, id est, κατηγορήματα, sed signa quantitatis, qualitatis, loci, numeri, &c. id est συγκατηγορήματα.

Quicquid aliquo modo *est*, dicitur à Logicis *Ens*; quod realiter est dicitur *Ens reale* ut *arbor*, *cœlum*; quod ab intellectu fingitur, dicitur *Ens rationis*; ut *chimera*, *nomen substantivum*, *participium*, *declensio*.

PRIMA

Prima Pars Logicæ.

VOx *significativa* ad *placitum*, *categorematica*, *simplex*, est *objectum primæ* partis *Logicæ i. e.* circa illam prima Logicæ pars versatur.

Ea autem est duplex. 1. *Universalis*, quæ significat rem Universalem, & dicitur à Logicis *Prædicabile*; cujus generis *appellativa* apud *Grammaticos*, & quæ pluribus conveniunt; *Arbor* nimirum, *quercum*, *ficum* ve denotans. 2. *Singularis*, quæ significat rem singularem, & dicitur à Logicis *Individuum*: ut *Quercus Dodonea*, *ficus ruminalis*, &c.

Individuum est quod *unum* quiddam significat; estque quadruplex,

Vagum, *Determinatum*, *Demonstrativum*, *Hypotheticum*.

1. *Vagum*, quod rem *singularem* significat, sed *indefinite* hanc vel illam: ut *aliquis homo*.

2. *Determinatum*, quod rem *singularem* significat, sed *certam* & determinatam; vel quod est nomen proprium; ut *Bucephalus*.

3. *Demonstrativum*, quod est vox universalis *pronomine* demonstrativo restricta ad certam rem exprimendam; ut *Hic Homo*.

4. *Hypotheticum*, quod est vox universalis quæ rem singularem significat ex factâ *suppositione*; ut *Philippi* Filius, pro *Alexandro*; *Poeta* pro *Homero*.

Septem vero sunt *Conditiones Individuantes*, quæ unumquodque Individuum constituunt *accidentaliter*, & distinguunt; *viz*.

Forma, *figura*, *locus*, *stirps*, *nomen*, *patria*, *tempus*. Istæ

Istæ enim septem conditiones omnes non inveniuntur eædem nisi in uno solo Individuo; adeoque dicuntur *principium Individuationis accidentale*. *Essentiale* vero principium vocatur à *Scotistis*, *Hæcceitas*, à *Thomistis*, *Forma*.

Proprietates Individui.

1. Quicquid per se existit, est Individuum.
3. Individuum immediate subjicitur Speciei, mediatè Generi.
4. Individuum ponitur in Prædicamento ad partem infimam.

PRÆDICABILE *sive* UNIVERSALE.

Prædicabile est vox universalis apta prædicari, hoc est dici, de pluribus

Universalia fiunt mediante intellectus operatione, quando res considerat nudatas principiis omnibus tam essentialibus quam accidentalibus individuationis: ut cum *arborem* mente contemplamur, minimè spectantes an sit *laurus* an *platanus*, *procera* an *humilis*, *fructifera* an *sterilis*, &c. iste vero mentis actus dicitur *abstractio* seu *præcisio*.

Differunt autem *Prædicabile* & *Universale*; quia hoc est *Ens* aptum *inesse* in multis, illud est vox apta dici de multis. Sic eadem Natura, quatenus apta est esse in multis, dicitur Universale, quatenus est apta dici de multis, dicitur Prædicabile: quare Prædicabile est quid *secundarium* & consequens, sive proprietas, respectu *Universalis*.

Universale sumitur dupliciter.

1. *Materialiter* & absolute, pro re quæ est Universalis;

versalis; sc. *naturâ* quæ sparsa est in singularibus.

2. *Formaliter*, & reduplicative, pro *habitudine*, & respectu quatenus est Universalis, sc. *naturâ* abstractâ à singularibus per intellectum, & consideratâ in se ut quid unum.

Universali convenit 1. *Unitas*. 2. *Communitas*. Utraque est vel *Potentialis*, vel *Actualis*.

Unitas actualis & *Communitas potentialis* conveniunt *Universali formali*; quia Universale formale est natura abstracta, & unum quid actu, commune tamen in potestate, nempe iis à quibus abstrahitur.

Unitas Potentialis, & *Communitas actualis* conveniunt *Universali materiali*; quia illud est natura divisa in multis & actu communis: sed per intellectum potest fieri unum, & proinde dicitur unum potentialiter. In *Universali* spectatur *Communitas*, nempe non *positiva*, sed *negativa*, quæ nihil aliud est quam non *repugnantia*. Itaque *non repugnantia* naturæ in singularibus est *Universale Materiale*; postea vero per intellectum *abstrahitur* ab ipsis, & fit Universale formale.

Ad perficiendum Universale, tria concurrunt.

1. *Abstractio*, sive separatio naturæ communis à singularibus in quibus erat divisa.

2. *Comparatio*, quæ est attributio ejusdem naturæ abstractæ ad eadem Individua à quibus abstrahitur.

3. *Impositio nominis*, quæ est excogitatio alicujus vocis secundæ intentionis per quam illa Natura exprimitur.

Numerus Universalium sive Prædicabilium desumitur à *modis Prædicandi*.

Illi autem sunt quinque.

In *quid*, Incomplete. In *quid*, Complete.
In *quale* Quid. In *quale* Necessarium.
In *quale* Contingens.

Quinque igitur sunt prædicabilia.

Genus, *Species*, *Differentia*, *Proprium*, *Accidens*.

Prædicatio *in quid*, respondet naturæ aut essentiæ rei; Prædicatio in *quale*, illi quod essentiæ accidit, eandemque extrinsece denominat; Prædicatio in *quale quid*, ab essentiâ intrinsece denominat.

GENUS.

Genus est triplex,

Civile, *Physicum*, *Logicum*.

1. *Civile* est quod connotat vel principium multitudinis, vel multitudinem ab uno principio ortam.

2. *Physicum*, quod naturam à rebus naturalibus participatam connotat.

3. *Logicum*, quod aptum est *prædicari de pluribus* differentibus *Specie* in quid incomplete.

Incomplete prædicari dicitur, quia partem essentiæ tantum dat Speciei.

Differre Specie dicuntur, quæ sunt vel diversæ Species, vel diversa Individua sub Speciebus diversis contenta.

Vox.

Quæ flexu variatur. *Quæ flexu non variatur.*
Declinabilis. Indeclin.

Quæ casu variatur. *Quæ tempore variatur.*
Nomen. Verbum.

Seorsim significans. *Cum alio significans.*
Substantivum. Adjectiv.

Pluribus conveniens. *Uni conveniens.*
Commune. Proprium.

Equus, *Arbor*, *Homo*, *Lapis*, *&c.* *Bucephalus*, *Ficus-ruminalis*, *Romulus*, *Saxum Tarpejum*, *&c.*

In hac hypotyposi *vox* est Genus respectu inferiorum.

Genus Physicum, quod est *Natura* Generica de qua prædicatio instituitur, *conservatur* in *una Specie*; sed *Genus Logicum*, i. e. ambitus sive *Potestas Prædicativa* Generis, requirit plures Species: potestate sc. non actu. Hoc est, quod aiunt, *Totum Genus* est in una Specie, sed *totum Generis* non est. Non enim totum *Genus* est in unâ Specie *exclusive*, quasi non sit in aliâ.

Genus est duplex,

1. *Generalissimum*; supra quod non est superius Genus, quod proinde nunquam est Species.

2. *Subalternum*; quod respectu inferiorum est Genus, & superiorum est species.

Proprietates Generis.

1. Prædicatur essentialiter de suis inferioribus.

2. Superius & latius est suis Speciebus.

3. Est pars essentialis suorum inferiorum.

4. Prædicatur remote & mediatè de Individuis specificis, non autem genericis.

5. Est *totum potentiale*; quia continet sub se inferiora tanquam partes suas. Licet enim sit *pars Metaphysica*, sive essentiæ Speciei, quatenus eam constituit; est tamen *totum Logicum* respectu Specierum, quatenus de iis prædicatur. *Genus* si sumatur ut *id quod prædicatur*, sic est *pars*: sin sumatur quoad *modum prædicandi*, sic est *totum*.

6. Non reciprocatur cum Specie; quia est majoris ambitus. *Reciprocè* dicuntur, quæ *transpositis terminis* pariter aut *conveniunt*, aut *dissident*; ut, Omne *pluribus conveniens* est *commune*. Omne *commune pluribus convenit*. Nullum *proprium* est *commune*. Nullum *commune* est *proprium*.

SPECIES.

SPECIES est duplex.

1. *Civilis*, quæ apud Oratores sumitur pro venustate.

2. *Logica*, quæ apta est prædicari de pluribus *numero* tantum differentibus *in quid* completè.

Dicitur prædicari completè, quia dat totam essentiam inferioribus.

Numero differentia dicuntur *Individua* ejusdem Speciei, quæ non differunt secundum essentiam sed numerationem.

Species Physica conservatur in *uno Individuo*, *Logica* non conservatur in *uno Individuo*. *Species* dat *totam Naturam* suam Individuis, sicut de Genere dictum, non *totam individualem Naturam*; superadditur enim Naturæ specificæ differentia quædam Individualis, v.g. *Platonitas*, per quam constituitur Individuum in ipso Individuo, & ab aliis Individuis ejusdem speciei distinguitur.

Individua ejusdem Speciei differunt secundum Naturam individualem, non specificam.

Est autem duplex Species.

1. *Infima*, quâ non est inferior Species.

2. *Subalterna*, quæ nunc Genus est, nunc Species.

Utraque considerari potest vel ut *Subjicibilis*, vel *Prædicabilis*.

Subjicibilis, respectu *Superioris*.

Prædicabilis, respectu *Inferiorum*.

Definitio speciei allata est Speciei *infimæ* prædicabilis. Proprietates Speciei.

1. Directè subjicitur Generi in serie.
2. Est pars subjectiva Generis.
3. Est naturâ inferior Genere.
4. Immediatè prædicatur de Individuis.
5. Constat ex Genere & Differentiâ.
6. Prædicatur æqualiter de suis Individuis.
7. Quicquid propriâ definitione definitur est Species; ipsaque *Definitio* ex *Genere* & *Differentia* conflatur.

DIFFERENTIA.

DIFFERENTIA est quæ facit rem differre; estque triplex.

1. *Communis*, quæ est accidens aliquod *separabile*, quod discrimen unius ab altero facit.

2. *Pro-*

2. *Propria*, quæ est vel Accidens *inseparabi*le in *quinto*, vel *Proprium* in *quarto* Prædicabili de quibus infra.

3. *Maxime Propria*, quæ essentialiter aliquid ab aliquo *distinguit*; & hæc sola constituit *ter*tium *Prædicabile*.

Definitur autem tripliciter.

1. Esse *Prædicabile*, quo una *Species* ab alia distinguitur.

2. Esse *Prædicabile*, secundum quod *Specie*s *superat Genus*; quia Species in se Differentias continet, quas Genus non habet.

Aliquid dicitur *continere* aliud dupliciter, vel

Actu, sic Species superat Genus; vel

Potestate, sic Genus superat Speciem:

Genus enim continet *plures Differentias* sub se & in suo ambitu quam *Species*; *Species* autem continet *plures Differentias in se* & in suâ essentiâ quam *Genus*.

3. Vulgò *definitur* esse *Prædicabile* aptum prædicari de pluribus differentibus Specie vel Numero in *quale quid*.

In *quale quid*, quia Differentia est pars *constituens* & *distinguens*. *Genus* prædicatur in solum *Quid*; quia est pars tantum *constituens*. *Quale* distinctionem, *Quid essentiam* connotat.

Quemadmodum Genus, ita etiam *Differentia* consideratur dupliciter, vel

Pro *modo prædicandi*,

Vel pro eo *quod prædicatur*.

Differentia si sumatur pro *modo prædicandi*, ita est *Totum*: si sumatur pro eo *quod prædicatur*, ita est *pars*; pars nempe illius de quo *prædicatur*.

Pro

Pro modo inquam prædicandi sumta Differentia est *Totum*: quia Differentia quatenus prædicatur denotat Genus, & quasi cum eo concrescit. Sic *casu variatum* concrescit in nomen quatenus prædicatur de *Substantivo*; *variatio vero casus*, nempe *Differentia* per se sumta, non prædicatur.

Differentia est duplex,

1. *Divisiva*, per quam Genus dividitur in suas Species.

2. *Constitutiva*, quæ essentialiter constituit Species. Estque duplex,

1. *Generica*, quæ constituit subalternam Speciem; eaque prædicatur de pluribus Specie differentibus.

2. *Specifica*, quæ constituit infimam Speciem: Hæc autem prædicatur de pluribus numero differentibus.

Proprietates Differentiæ maxime propriæ sunt sex.

1. Differentia est pars essentialis suæ Speciei & Individuorum de quibus dicitur.

2. Est divisiva respectu superioris, constitutiva respectu inferioris.

3. Est prior naturâ sua Specie.

4. Collateraliter ponitur in serie Generum & Specierum.

5. Immediate de uno, nempe de Specie, prædicatur, mediatè de pluribus, nempe de iis omnibus quæ sub illa Specie continentur.

6. Prædicatur essentialiter.

PROPRIUM.

PROPRIUM est quadruplex.

1. Quod convenit *soli*, etsi *non omni*: ut *homini esse Grammaticum*.

2. Quod convenit *omni*, etsi *non soli*, ut, homini *habere duos pedes*.

3. Quod convenit *omni*, *soli*, sed *non semper* ut, *homini canescere*.

4. Quod convenit *omni*, *soli*, & *semper*: ut *quantitati continuæ divisibile esse*.

Proprium quarto modo constituit hoc *quartum Prædicabile*. Definitur autem sic. *Proprium* est quod *prædicatur* de pluribus Specie vel numero differentibus in *quale accidentaliter*, *necessario & conversim*. Est autem duplex.

1. *Genericum*, quod fluit ab essentiâ Speciei subalternæ, vel Generis summi: & hoc semper de pluribus Speciebus prædicatur.

2. *Specificum*, quod fluit ab essentia Speciei infimæ: & hoc tantum prædicatur de uni Specie & pluribus Individuis.

Nam *Proprium* sumitur dupliciter,

Proxime, ut refertur ad unam Speciem. Sic non est prædicabile; nam uni soli, nempe Speciei, convenit.

Remote, ut refertur ad omnia inferiora quæ continentur sub ista Specie. Sic est prædicabile, nam prædicatur de pluribus inferioribus sub illâ unâ Specie comprehensis.

Proprietates Proprii.

1. *Proprium* est *Accidens* respectu *Speciei*, quia est extra essentiam Speciei; Sed est Accidens *proprium*, non *commune*; *prædicamentale*, quod Substantiæ contradistinguitur, non *prædicabile* quod *Proprio* opponitur.

2. *Accidens* à principiis *Individui* oritur, *Proprium* à principiis ipsius *Speciei*; proinde Species est Subjectum Accidentis proprii, Individuum Communis.

3. *Species* est *æterna*, ergo Proprium quod fluit ab essentiâ Speciei est æternum: *Individuum fluxile*, sic ejus Accidens.

4. Omne *Proprium convertitur* sive reciprocatur cum sua Specie.

5. *Proprium prædicatur* non modo secundum nomen, sed & rem ipsam, quia principium à quo fluit est invariabile.

6. *Proprium* est *essentiale consecutive*, quia sequitur essentiam; non *constitutive*, quia non constituit.

ACCIDENS.

ACCIDENS sumitur dupliciter,

1. Pro omni eo quod est *extra essentiam* alicujus rei: sic Substantia potest dici Accidens.

2. Pro eo solo quod inest & *inhæret* in aliquo subjecto.

Est hoc duplex, vel

Proprium de quo supra, vel

Commune. quod definitur tripliciter,

1. *Accidens* est prædicabile quod potest *abesse & adesse* sine subjecti interitu, in quo inhæret.

2. Est *Prædicabile* quod nec est genus, nec species

Species, nec Differentia, nec Proprium, semper autem *inhæret* in Subjecto.

3. *Accidens* est *Prædicabile* quod prædicatur de pluribus Specie vel numero differentibus in *quale accidentaliter*, & non *conversim*: ut *album* est Accidens hominis.

Accidens est duplex,

Separabile, quod actu potest separari; ut *album* ab Homine.

Inseparabile, quod actu & reverà separari non potest à Subjecto, sed mente tantum & intellectu; ut *Candor* à Cygno.

Est enim duplex *Separatio*.

1. *Realis*, cum quid actu & à parte rei discinditur.
2. *Mentalis*, cum per Intellectum solum.

Hæc autem est duplex.

1. *Præcisiva*, per quam Intellectus rem unam considerat non consideratâ aliâ.
2. *Negativa*, quando intellectus rem unam separat ab aliâ, atque etiam negat de illâ re.

Accidens *Commune* separari potest à Subjecto suo *Negative*, ut *Candor* à Manu, *Proprium* vero tantum *præcisive*, ut *calor* ad octo ab *igne*.

Proprietates Accidentis.

1. Aliqua Individua differunt Specie, aliqua solum numero: proinde Accidens, licet ejus Subjectum sit Individuum, & non Species, potest tamen *prædicari* de pluribus *Specie* vel *numero* differentibus.

2. Accidens & Proprium prædicantur in *quale*, quia dant aliquam *distinctionem* suis inferioribus, non essentialem, sed *accidentalem*.

3. Omne *Accidens*, sive Proprium, sive Commune

mune, est in aliquo *Subjecto*, eique semper inhæret.

4. Omne *Accidens*, si *separetur* à Subjecto cui semel inest, tum interit.

5. Nullum *Accidens* ab uno Subjecto in aliud *migrat*. Hic autem notandum est Accidens posse sumi dupliciter, secundum

1. *Speciem*; sic idem Accidens potest dici migrare, quia idem specie *Calor* ab unâ manu calefacta in aliam migrat.

2. *Individuum*; sic idem accidens migrare non potest, quia illud ipsum quod præexistit in uno, non potest transire in aliud Subjectum: sicut enim est de *essentia Accidentis specifici*, ut sit in *aliquo Subjecto*, ita est de naturâ *Accidentis numerici*, ut sit in *uno* solo.

6. *Accidens* potest *abesse* à Subjecto sine *interitu Subjecti*, sed *non* sine interitu *sui*.

7. *Accidens* respectu *inferioris* potest esse *Genus* vel *Species*, & spectat ad aliud Prædicabile; sed respectu *Subjecti* semper est Accidens, & constituit hoc quintum *Prædicabile*.

8. *Accidens* dicitur *inseparabile* respectu Naturæ solius *Individualis*, *Proprium* vero est inseparabile respectu naturæ etiam *specificæ*.

9. Omne *Accidens* est *posterius* suo Subjecto.

10. Quicquid est in *Subjecto* est *Accidens*.

Postquam enumeravimus eas quinque voces universales seorsim & per se consideratas, oportet inspicere eas conjunctim & inter se catenatas, quatenus nempe ordinantur in serie rerum quæ *Prædicamentum* dicitur. Scire itaque opor-

tet quid sit *Prædicamentum*. Ad cujus tamen lucidiorem intelligentiam præmittenda sunt quædam, nempe *Antepradicamenta*, quemadmodum & quædam supplenda sunt quæ appellantur *Posi-prædicamenta*: hæc quidem sequuntur, illa debent præcedere Prædicamentorum considerationem.

ANTEPRÆDICAMENTA.

Ante-prædicamentum est *procemiale documentum* conducens ad cognitionem Prædicamentorum.

Tria generaliter, *septem* singulariter sunt Antepradicamenta:

Definitiones tres, *Divisiones* duæ, *Regulæ* duæ.

ÆQUIVOCA.

Def. Æquivoca sunt, quorum *nomen* solum est *commune*, ratio autem illius Nominis est alia atque alia: hoc est, *Æquivoca* sunt res diversæ in uno nomine convenientes.

Sunt autem duplicia.

1. *Æquivocantia*, quæ sunt voces ipsæ æquivocæ, ut *Fides*, *populus*, *malus*: & ejusmodi.

2. *Æquivocata*, quæ sunt res sub istis vocibus æquivocis contentæ. Ut *Fides* est Instrumentum Musicum, & virtus quâ credimus: *populus*, arbor, & plebs.

Æquivocum æquivocans est etiam triplex.

1. *A casu*, quod fortuito imponebatur ad diversas res significandas: ut *Fides* ad denotandum

dum instrumentum musicum, & virtutem.

2. *A Consilio*, quod imponebatur propter aliquam rerum inter se convenientiam; ut *risus* ad exprimendam hilaritatem hominis, & floriditatem prati; & hoc dicitur *Analogum*.

3. *Ex Anticipatione*, cum vox una, rem unam designans, ob varias hominum opiniones res diversas significat; ita *Veritas* quæ unica & simplicissima res est, apud *Academicos*, Platonis; *Peripateticos*, Aristotelis; *Stoicos*, Zenonis; *Mahumedanos*, Mahumetis; *Judæos*, Mosis; *Christianos*, Christi Domini placita denotabit. Idem de *Fideli* dicendum, neque enim minus destinato *Muslemanus* fidelis audit quam *Christianus*.

Analoga sunt, quorum nomen est commune, ratio tamen ejus est prius & perfectius in uno Analogato quam in altero.

Analoga sunt triplicia.

1. *Inæqualitatis*, quando superius est perfectiori modo in unâ specie quam in alterâ. Ut ratio Animalis inest perfectius in Homine, quàm in Bruto; non per se, sed per differentiam. Tale Analogum est etiam Univocum.

2. *Attributionis*, quorum etiam Ratio uni prius, alteri posterius convenit. Ut ratio *Entis* Substantiæ & Accidenti. Quorum etiam Ratio uni intrinsice & propriè, alteri metaphoricè competit; ut *risus* Homini & Prato.

3. *Proportionis*, cum similis ratio in uno ac in alio est; ut, sicut se habet numerus binarius ad quaternarium, sic ille ad octonarium.

Leges

tet quid sit *Prædicamentum*. Ad cujus tamen lucidiorem intelligentiam præmittenda sunt quædam, nempe *Antepraedicamenta*, quemadmodum & quædam supplenda sunt quæ appellantur *Post-prædicamenta*: hæc quidem sequuntur, illa debent præcedere Prædicamentorum considerationem.

ANTEPRÆDICAMENTA.

ANTE-PRÆDICAMENTUM est *procœmiale documentum* conducens ad cognitionem Prædicamentorum.

Tria generaliter, *septem* singulariter sunt Antepraedicamenta:

Definitiones tres, *Divisiones* duæ, *Regulæ* duæ.

ÆQUIVOCA.

Def. ÆQUIVOCA sunt, quorum *nomen* solum est *commune*, ratio autem illius Nominis est alia atque alia: hoc est, *Æquivoca* sunt res diversæ in uno nomine convenientes.

Sunt autem duplicia.

1. *Æquivocantia*, quæ sunt voces ipsæ æquivocæ, ut *Fides*, *populus*, *malus*: & ejusmodi.

2. *Æquivocata*, quæ sunt res sub istis vocibus æquivocis contentæ. Ut *Fides* est Instrumentum Musicum, & virtus quâ credimus: *populus*, arbor, & plebs.

Æquivocum æquivocans est etiam triplex.

1. *A casu*, quod fortuito imponebatur ad diversas res significandas: ut *Fides* ad denotandum instrumentum musicum, & virtutem.

2. *A Consilio*, quod imponebatur propter aliquam rerum inter se convenientiam; ut *risus* ad exprimendam hilaritatem hominis, & floriditatem prati; & hoc dicitur *Analogum*.

3. *Ex Anticipatione*, cum vox una, rem unam designans, ob varias hominum opiniones res diversas significat; ita *Veritas* quæ unica & simplicissima res est, apud *Academicos*, Platonis; *Peripateticos*, Aristotelis; *Stoicos*, Zenonis; *Mahumedanos*, Mahumetis; *Judæos*, Mosis; *Christianos*, Christi Domini placita denotabit. Idem de *Fideli* dicendum, neque enim minus destinato *Muslemanus* fidelis audit quam *Christianus*.

Analoga sunt, quorum nomen est commune, ratio tamen ejus est prius & perfectius in uno Analogato quam in altero.

Anologa sunt triplicia.

1. *Inæqualitatis*, quando superius est perfectiori modo in unâ specie quam in alterâ. Ut ratio Animalis inest perfectius in Homine, quàm in Bruto; non per se, sed per differentiam. Tale Analogum est etiam Univocum.

2. *Attributionis*, quorum etiam Ratio uni prius, alteri posterius convenit. Ut ratio *Entis* Substantiæ & Accidenti. Quorum etiam Ratio uni intrinsice & propriè, alteri metaphoricè competit; ut *risus* Homini & Prato.

3. *Proportionis*, cum similis ratio in uno ac in alio est; ut, sicut se habet numerus binarius ad quaternarium, sic ille ad octonarium.

Leges

Leges Æquivocorum.

1. Æquivoca *æquivocantia* sunt in *nullo Prædicamento*.

2. *Æquivocata* possunt esse in *Prædicamento*.

3. *Idem* non potest esse *æquivocans* & *æquivocatum*; *vox* puta & *res*.

4. Omne *Analogum* est æquivocum à *Consilio*.

5. *Analogum* per se positum stat pro suo *significato famosiori*. Valet hæc regulá præcipue in Analogis Attributionis; *Ens* enim si per se ponatur sumitur pro Substantia.

Definitio Æquivocorum est *Antepradicamentum* quia eorum cognitio *per accidens* conducit ad *Prædicamenta*, nempe ut *excludantur* à Prædicamentis. *Analogum* verò, quia *ens* est Analogum respectu omnium Prædicamentorum.

Æquivocatio ex *anticipatione* evitatur ex cognitione distinctâ personarum; ex *casu* per cognitionem distinctam vocum, ex *consilio* per cognitionem distinctam rerum.

UNIVOCA.

Def. 2. UNivoca sunt quorum *nomen est commune*, *ratio* etiam illius Nominis est *una* eademque in Inferioribus.

Univoca sunt duplicia.

1. *Univocantia*, quæ sunt ipsa Universalia, quorum tam nomen quam Natura est communis in inferioribus, ut *Arbor*.

2. *Univocata*, quæ sunt res ipsæ sub univocante contentæ: ut *Cedrus*, *Quercus*, & quicquid est *Arborum*.

Univo-

Univoca sumuntur dupliciter.

1. *Generaliter*, pro omni eo quod *non* est *æquivocum*; sic omnia prædicantur univoce, quæ non æquivoce.

2. *Specialiter*, pro eo quod nec est *æquivocum* nec *denominativum*, (de quo mox dicetur:) & sic nulla Denominativa prædicantur univocè.

Leges Univocorum.

1. *Solum Univocum* est in *Prædicamento* directè & collateraliter.

2. *Idem* potest esse *univocans* & *univocatum* respectu diversorum. Sic *Arbor* est *univocans* respectu *Cedri* & *Quercus*, *univocatum* respectu *Plantæ* quæ reipsa existit.

Definitio Univocorum est *Antepradicamentum* conducens ad cognitionem *Prædicamentorum*, quia quicquid ponitur in prædicamento est Univocum.

DENOMINATIVA.

DEnominativa sunt *Accidentia concreta*, quæ oriuntur ab *abstracto*, & secundum *vocem*, & *rem* seu significationem conveniunt; sed variè *terminantur* in fine: ut *Albus* ab *Albedine*.

Sunt autem triplicia.

1. *Voce* tantum: quæ non quoad rem sunt Denominativa: ut *Somnolentus* à *somno*.

2. *Re tantum*, quæ non quoad vocem videntur esse Denominativa: ut *Studiosus* à *Virtute*.

3. *Re & voce*, quæ utroque modo sunt Denominativa: ut *Albus* ab *Albedine*.

Denominativa voce tantum, & *re & voce*, appellantur *Conjugata*.

Ut

Ut fiat denominatio, tria requiruntur.

1. *Denominans*: Forma sc. sive *Accidens abstractum* à quo fluit & oritur denominatio: ut, *Albedo*.

2. *Denominatum*: nempe ipsum *Subjectum*: ut, *Paries*, cui inest albedo.

3. *Denominativum*: quod est forma in Subjecto, sive *Accidens concretum*, per quod fit Denominatio: ut, *Albus*.

Accidens *concretum* & *abstractum* conveniunt *per se* & principali significatione, sed differunt *per Accidens*. Nam abstractum significat formam Accidentalem, ut abstrahitur à Subjecto; non quidem quoad *inhæsionem*, sed quoad *prædicationem*. Concretum verò significat formam quatenus est in Subjecto. Ac proinde illud significat solum *formam*, hoc etiam consignificat *Subjectum*.

Omne *Accidens* respectu Subjecti sive proprium, sive Commune, prædicatur *denominative*: *Genus* vero, *Species*, & *Differentia*, semper prædicantur *univoce*.

Definitio Denominativorum est *Antepraedicamentum*, & conducit ad cognitionem Prædicamentorum, quia novem *ultima* prædicamenta respectu *Substantiæ* sunt *Accidentia*. *Accidens* verò respectu *Substantiæ* semper prædicatur *Denominative*.

DIVISIO I.

Divisio prima *Vocum* est, secunda *Rerum*. Est autem *Vox* duplex.

1. *Complexa*, quæ est *Oratio* pluribus constans vocibus; ut, *homo est Animal*.

2. *Incomplexa*, quæ est una dictio vel plures rem unam signantes; ut, *Homo*, *corpus animatum*: utraque est triplex.

Primò vox *Complexa* est triplex.

1. *Voce tantum*, quando plures voces significant unam rem: ut *Corpus Animatum*.

2. *Re tantum*, cum una Vox plures res significat: ut, *Fides*.

3. *Re & Voce* simul. Cum plures voces significant plures res: ut *Homo justus*.

Secundò vox *incomplexa* est triplex.

1. *Voce tantum*, quando una vox significat plures res: ut, *Fides*.

2. *Re tantum*, quando plures voces significant unam rem: ut, *Corpus Animatum*.

3. *Re & voce*, quando una vox significat unam rem: ut, *homo*.

Leges vocis.

1. Idem potest esse *complexum* & *incomplexum*, sed diverso respectu. Complexum tantum re, Incomplexum voce tantum. Incomplexum re tantum, Complexum voce tantum.

2. Nullum Complexum nisi voce tantum ponitur in Prædicamento.

3. Nullum Incomplexum nisi voce tantum excluditur, nisi forte ob transcendentiam.

Hæc *divisio* est Antepraedicamentum conducens ad cognitionem Prædicamentorum, quia indicat voces quæ aut *reponuntur* in Prædicamento, aut *eliminantur* è Prædicamento.

DIVISIO II.

Divisio secunda est *rerum*. Res autem duplex est, vel

1. *Substantia*, quæ est *Ens*, quod subsistit per se, nec inest in Subjecto.
2. *Accidens*, quod est Ens *in alio*, & inhæret in Subjecto.

Substantia est duplex.

1. *Universalis*, quæ non est *in alio*, quia est Substantia, nec dicitur *de alio*, quia est Universalis.
2. *Particularis*, quæ non est *in alio*, quia est Substantia, sed dicitur *de alio*, quia est *Particularis*.

Accidens etiam est duplex.

1. *Universale*, quod *inest* in Subjecto, quia est Accidens, & *dicitur* de alio, quia est *Universale*.
2. *Particulare*, quod *inest* in alio, quia est Accidens, non *dicitur* de alio, quia est *Particulare*.

Subjectum est duplex,

1. *Inhæsionis*, cui aliquod Accidens *inhæret*.
2. *Prædicationis*, de quo aliquid potest *prædicari*.

Leges de *Subjecto*,

1. Omne *Accidens* habet Subjectum *inhæsionis*.
2. Nulla *Substantia* habet Subjectum *inhæsionis*, sed tantum *Prædicationis*.
3. Omne *superius* in prædicamento habet Subjectum *Prædicationis*.
4. Nullum *Individuum* habet Subjectum *Prædicationis*.
5. *Idem* potest esse Subjectum *prædicationis* & *Inhæsionis*, sed diverso respectu. Sic *Socrates* est Subjectum *inhæsionis*, respectu *albedinis*; *prædicationis*, respectu *Hominis*.

Inesse in Subjecto respicit Subjectum *inhæsionis*; *Dici de* Subjecto respicit Subjectum *prædicationis*, & quidem *univocæ*, non *denominativæ*.

Illud autem *inest in* Subjecto, quod alicui quidem inest, neque tamen vel *pars* ejus est, vel ab eo potest se salvo *separari*; ut *Calor* inest in manu, nec est pars manus, neque de manu *migrat* quin *intereat* ipse.

Inesse aliquid octo modis dicitur.

1. *Pars* in toto *perfective*. Ut *Manus* in *Homine*.
2. *Totum* in partibus *comprehensive*. Ut *Homo* in *Membris*.
3. *Species* in Genere *potentialiter*. Ut *Homo* in *Animali*.
4. *Genus* in Specie *actualiter*. Ut *Animal* in *Homine*.
5. *Rex* in Regno, *Authoritativè*. Ut *Carolus* in M. *Britanniâ*.
6. *Res* in fine *designativè*. Ut *Nauta* in *Portu*.
7. *Locatum* in loco *Circumscriptive*. Ut hospes in domo.
8. *Accidens* in Subjecto *inhæsive*. Ut *Calor* in *igne*.

Insunt, Pars, Totum, Species, Genus, & Calor igne, Rex in regno, Res in fine, locoque Locatum.

Pars est ens incompletum, quod perficit & complet aliud.

Estque triplex:

1. *Integralis*, ut *Manus*, vel *Pes* respectu *Corporis*.
2. *Essentialis*, ut *Genus* vel *Differentia* respectu *Speciei*.

3. *Subjectiva*, quæ subjicitur Speciei, ut *Socrates* vel *Petrus*, *Homini*.

Eodem modo *Totum* est triplex, scil.

1. *Integrale*, quod constat ex partibus integralibus, ut omne *corpus*.

2. *Essentiale*, quod constat ex partibus essentialibus, ut omnis *Species*.

3. *Universale*, quod constat ex partibus subjectivis: ut omne *Universale*.

Divisio hæc est *Ante-prædicamentum* conducens ad cognitionem Prædicamentorum; quia primum ex iis est *substantia*, *novem* ultima sunt *Accidentia*.

REGULA PRIMA ANTE-PRÆDICAMENTALIS.

QUicquid *prædicatur* de *prædicato*, *prædicatur* etiam de *subjecto*.

Valet hæc regula in *essentiali*, non *accidentali* Prædicatione: in serie *directa*, non *collaterali*: nec vice versâ.

REGULA SECUNDA. ANTE-PRÆDICAMENTALIS.

REgula secunda duabus constat partibus. *Genera subalterna* habent easdem *Species* & *Differentias*: *non subalterna* diversas.

Notandum quod

1. *Inferius Genus* habet tantum easdem Differentias *Constitutivas*, quas habet superius; non autem easdem *divisivas*.

2. Genus potest dici *non subalternum*: vel quia

quia ponitur in *alio* prædicamento: vel quia opponitur in *eodem*.

3. Genera *non subalterna* posita in *diverso Prædicamento* nullas habent easdem Differentias: opposita in eodem habent easdem Differentias *remotas* constitutivas.

Regulæ hæ duæ sunt *Antepædicamenta*, & conducunt ad cognitionem prædicamentorum: namque ostendunt quomodo *Genera* & *Species* ejusdem prædicamenti habent *nexum essentialem*: diversi, *nullum*.

DE PRÆDICAMENTIS IN GENERE.

CAtegoria sive prædicamentum est series seu ordinatio recta eorum, quæ ob naturæ communis participationem in ipso collocantur: *scil. Generum* & *Specierum* secundum, sub & supra, & *Differentiarum positarum* à latere.

Aliquid dicitur esse in prædicamento dupliciter.

1. *Directe*: quod est vel summum Genus, vel de quo summum Genus prædicatur essentialiter: sic collocantur omnia Genera, omnes Species, & omnia individua.

2. *Indirecte*: idque vel, *Collateraliter*: sic solum Differentiæ essentiales disponuntur in prædicamento. Vel *Reductive*; sic omnes partes, sive principia ejusdem prædicamenti, atque etiam omnes proprietates spectant ad prædicamentum.

Quæ seriem hanc *superant*, & proinde in eadem minime includuntur, dicuntur *transcendentalia*.

talia; quod duplicem ob causam comtingit: ... nimiam scil. eorundem *imperfectionem*, aut ... eam præcellentem *perfectionem*. Ens ob *perfectionem* transcendens est *Deus*: ob *imperfectionem affectiones, modi Entis*, & *Entia rationis* plures Categorias pervagantia.

Transcendentalium series

Propriè dictum.	Ens.	*Impropriè dictum* rationis, &c.
	Reale.	
Primum.		*Secundarium*
Deus opt. max.	Creatum.	
Collectivè.		*Distributivè*
Mundus.	Universi partes.	
In alio inhærens.		*Per se subsistens*
Accidens.	*Substantia.*	

Affectiones & modi Entis, nec non notiones Transcendentales.

Unum, verum, bonum, possibile, impossibile, incompossibile, necessarium, contingens, infinitum, finitum, adjunctum, disparatum, cognatum, oppositum, conveniens, discrepans, dependens, independens, externum, internum, communicabile, incommunicabile, originale, derivativum, positivum, privativum, relativum, absolutum, negativum, falsum, erroneum, multiplex, malum, idem, diversum, totum, pars, causa, causatum, formale, fundamentale, materiale, efficiens, finale, exemplare, instrumentale, impediens, adjuvans, occasionale, conditionale, virtuale, potentiale, destinatum, fortuitum, inchoatum, perfectum, imperfectum, completum, incompletum, naturale, violentum, artificiale, simplex, mistum, homogeneum, heterogeneum, congruum, incongruum, indifferens, utile, noxium, inutile, momentosum, vanum, jucundum, tetrum, decorum, indecorum, abundans, deficiens, sufficiens, meliorum, deterioratum, auctum, imminutum, segregatum, aggregatum, jugè, interpolatum, alternatum, desultorium, additum, residuum, ablatum, coagmentatum, dissolutum, firmum, labefactatum, subordinatum, nominatum, coordinatum, confusum, distinctum, determinatum, indeterminatum, participatum, antiquatum, maturum, futurum, vetus, activum, patibile, genuinum, spurium, sincerum, capax, incapax, restrictum; Notio subjecti, principii, termini, objecti, circumstantiæ, spatii, signi; antecedens, consequens, adæquatum, inadæquatum, plenum, vacuum, facile, difficile, explicatum, impeditum, mediatum, immediatum, mutabile, immutabile, &c.

Entia quæ ponuntur in *Prædicamento directè*, debent esse *positiva, finita, completa, univoca, incomplexa*.

Prædicamenta sunt *Decem*: Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Quando, Ubi, Situs, Habitus.

1 2 3 4 5
Pompeius magnus fortisque Propago Strabonis,
5 6 7 8 9 10
Pugnabat calefactus, heri, rate, stans, & in Armis.

Hæc de *Prædicamentis* in Genere.

SUBSTANTIA.

Substantia est Ens per se *subsistens*, & non inhærens in alio.

Mundus, cum sit unum *per accidens*, non est in *Prædicamento*; quemadmodum nec *Systemata* illa majora quæ mundus amplectitur. Constat vero istorum quodlibet *Orbe* & *Atmosphærâ* orbem ambiente. Sunt autem *Orbes* aut *Stellæ fixæ*, aut *Planetæ*. *Planetæ* situm suum adinvicem

cem sensibiliter mutant, *fixæ* non ita. *Stel.* *fixæ* ratione apparentiæ suæ appellantur *prim.* *secundæ*, &c magnitudinis. *Planetæ* autem su aut *primarii*, qui alteri non famulantur; ut *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, &c. aut *secundarii*, qui al teri in obsequio sunt, ut *Luna*, *Satellites Jovi ales*, &c. Nos autem qui in *Terris* versamur d Substantiis nobis vicinis potissimum agimus.

Substantia vero duplex est; incompleta, ve completa.

1. *Incompleta* substantia est quæ ordinatu ad constituendum aliud. Differunt *incompleta* *imperfecta* substantia; quia *imperfecta* est cui al quid defuit debitæ Perfectionis, ut *abortus*: *Incompleta* est, quæ licet in se sit perfecta, tame refertur ad aliud componendum, ut *manus* respectu *hominis*; utraque *exterminatur* à Prædica mento.

2. *Completa* est quæ completur omnibus su partibus, & non ordinatur ad aliud constituendum. Hæc sola constituit hanc seriem. Ea autem est duplex, *Incorporea*, & *Corporea*.

1. *Incorporea*, est quæ non constat ex *materiâ* & *formâ*, sed ex *Actu* & *Potentia*, diciturque Spiritus: estque vel *Bonus* vel *Malus*; sive *Angelus* vel *Diabolus*.

Bonorum *Angelorum* novem sunt Ordines.

1. Cherubin. 2. Seraphim. 3. Throni. 4 Principatus. 5. Potestates. 6 Dominatus. 7. Virtutes 8. Archangeli. 9. Angeli.

2. *Corporea*, quæ constat ex materiâ & formâ, quod est Corpus, estque duplex.

1. *Simplex*, & dicitur *elementum*: quod est quadru-

duplex; sc. *ignis*, *aqua*, *terra*, *aer*; quibus adnumerari poterit subtilis illa substantia omnia permeans, quæ *Æther* dicitur.

2 *Compositum*, quod *elementatum* dici potest. Corpus compositum est duplex, vel *Perfectè*, vel *Imperfectè* mistum.

1. *Perfectè mixtum* est, quod conflatur ex *quatuor elementis* ita immutatis, ut in pristinam formam reduci nequeant; ut *Saxa*, *Metalla*, &c.

2. *Imperfectè* mixtum est, quod conflatur ex elementorum nonnullis, accidentaliter tantum immutatis, & in pristinam formam reducendis, ut *Meteora*.

Meteora.

Hæc distribuuntur in *existentia*, & *apparentia*. *Existentia* dividi solent in *Ignea*, *aquea*, & *aerea*.

Ignea sunt, fax, ignis perpendicularis, jaculum, capræ saltantes, scintillæ volantes, stella cadens, draco volans, ignis fatuus, ignis lambens, cometa, fulgur, tonitru, &c.

Series Quantitatis.

Quantitas.

Nullo communi termino copulata.		*Communi termino copulata.*
Discreta.	Continua.	
Successiva.		*Permanens.*
Tempus.	Magnitudo.	
Longa.	Linea.	
	Superficies.	
Profunda.	Corpus.	

THEOREMATA DE HIS SPECIEBUS.

1. *Tres* hæ *Species* ita se habent, ut *secunda primam*, *utramque tertia* includat; *materialiter* sed non *formaliter*.

2. Dubitatur utrum *Linea* & *Superficies formaliter* & abstractim sumtæ *usquam* sint; & an detur *Quantitas* merè *lata* aut *longa*. Sed *umbræ* videntur esse tales *superficies*, *distantiæ* tales *lineæ*: imo quicquid ex motibus implicatis relinquitur, seu linea, seu superficies. Quod de angulis planis similiter dici potest.

3. *Lineæ* & *Superficies* non habent *Subjectum immediatum*, sed *mediatum*; quia illæ includuntur in *Corpore*, *Corpus* in *Substantia* inhæret.

3. *Linea*

3. *Linea* & *Superficies infinitæ* non differunt essentialiter à *finitis*, sed solum accidentaliter, adeoque speciem non mutant; proinde reponi possunt in hac Categoriâ: quia *Extensio*, quæ est *ratio Quantitatis*, in utrisque servatur. Licet enim *infinitæ* illæ in *majus extenduntur*, non tamen *magis* quam *finitæ*. Utræque participant extensionem, non utræque determinatam.

5. *Linea* quatenus *longa*, est *Quantitas*; quatenus *expers latitudinis*, est *Terminus*. Itidem *superficies*, quatenus *lata*, est *Quantitas*; quatenus *profunditate carens*, est *Terminus*. *Priori* modo utraque est *divisibilis* & *extensa*: *Posteriori* utraque *inextensa* & *indivisibilis* est.

6. *Corpus* habet *tres Terminos* communes, duos remotos, & alterum proximum. *Superficies duos*, alterum remotum, alterum *Proximum*. Linea *unicum*.

7. *Corpus* quatenus Subjectum *Profunditatis*, est *Substantia*; quatenus ipsa *Profunditas*, est *Quantitas*.

Tres, & tres tantum in quantitate continuâ esse *dimensiones* sic *demonstrari* poterit. *Distantia* quælibet assignabilis sumatur: Verbi gratiâ A. B. Illa *linea* una terminos istos attingente, eaque *recta*, (siquidem illa est simplicissima & brevissima) quod à curvis minimè fiet, certo & expeditè *mensurabitur*.

Cum vero *distantiæ* non tantum in *directum* protendi, sed etiam in *transversum* diduci queant, verbi gratiâ C. D. respectu A. B. Illa utique

tique *lineâ rectâ* & ad *angulos rectos* positâ A. C. (non A. D. aut aliâ quavis) pariter mensurabitur, siquidem illa simplicissima, & brevissima futura est.

Demum cum & alia supersit *distantiæ* ratio respectu *altitudinis* vel *depressionis*; & illa etiam *lineâ rectâ*, & ad *angulos rectos* positâ, ob causas prædictas, definienda sit; *lineâ* ad *perpendiculum* ductâ, nimirum A. E. (non A. F. aut aliâ quavis) mensurabitur.

Per *tres* ergo prædictas *lineas rectas* ad *rectos angulos* ductas, A. B. *longitudo*, A. C. *latitudo*, A. E. *altitudo* vel *profunditas*, (perinde enim utrinque fuerit) designantur. Et quia plures lineæ distantiam designantes, non possunt ad idem *punctum*, verbi gratia A. concurrere, ita ut *angulos rectos* conficiant; & distantiæ, quemadmodum suprà ostendimus, lineis rectis ad angulos rectos definiantur; ideo tres, & tres tantum sunt *dimensiones*. Quod *erat Demonstrandum*.

Porro sequitur, quod quicquid habet *tres dimensiones*, id ex *omni parte* est *mensurabile*, & proinde etiam *divisibile*, neque in quantitate ulterius progredi posse. Exempli causâ. In *longitudine* dimetiendâ dicimus A. B. distare quatuor *pedes*, si contingat lineam terminos istos attingentem 4 *pedes* longam esse.

Latitudinem A. C. quatuor esse *pedum*, si linea ad rectos angulos ducta sit 4 *pedum*.

Altitudinem itidem A. E. 4. esse *pedum*, si linea *perpendicularis* inde ducta sit 4 *pedum*. Imo *Area* superficiei A. D. C. B. continebit 16. *pedes*

3. *Linea* & *Superficies infinitæ* non differunt essentialiter à *finitis*, sed solum accidentaliter, adeoque speciem non mutant; proinde reponi possunt in hac Categoriâ: quia *Extensio*, quæ est *ratio Quantitatis*, in utrisque servatur. Licet enim *infinitæ* illæ in *majus extenduntur*, non tamen *magis* quam *finitæ*. Utræque participant extensionem, non utræque determinatam.

5. *Linea* quatenus *longa*, est *Quantitas*; quatenus *expers latitudinis*, est *Terminus*. Itidem *superficies*, quatenus *lata*, est *Quantitas*; quatenus *profunditate carens*, est *Terminus*. *Priori* modo utraque est *divisibilis* & *extensa*: *Posteriori* utraque *inextensa* & *indivisibilis* est.

6. *Corpus* habet *tres Terminos* communes, duos remotos, & alterum proximum. *Superficies duos*, alterum remotum, alterum *Proximum*. Linea *unicum*.

7. *Corpus* quatenus Subjectum *Profunditatis*, est *Substantia*; quatenus ipsa *Profunditas*, est *Quantitas*.

Tres, & tres tantum in quantitate continuâ esse *dimensiones* sic *demonstrari* poterit. *Distantia* quælibet assignabilis sumatur: Verbi gratiâ A. B. Illa *linea* una terminos istos attingente, eaque *recta*, (siquidem illa est simplicissima & brevissima) quod à curvis minimè fiet, certo & expeditè *mensurabitur*.

Cum vero *distantiæ* non tantum in *directum* protendi, sed etiam in *transversum* diduci queant, verbi gratiâ C. D. respectu A. B. Illa utrique

trique *lineâ rectâ* & ad *angulos rectos* positâ A. C. (non A. D. aut aliâ quavis) pariter mensurabitur, siquidem illa simplicissima, & brevissima futura est.

Demum cum & alia supersit *distantiæ* ratio respectu *altitudinis* vel *depressionis*; & illa etiam *lineâ rectâ*, & ad *angulos rectos* positâ, ob causas prædictas, definienda sit; *lineâ* ad *perpendiculum* ductâ, nimirum A. E. (non A. F. aut aliâ quavis) mensurabitur.

Per *tres* ergo prædictas *lineas rectas* ad *rectos angulos* ductas, A. B. *longitudo*, A. C. *latitudo*, A. E. *altitudo* vel *profunditas*, (perinde enim utrinque fuerit) designantur. Et quia plures lineæ distantiam designantes, non possunt ad idem *punctum*, verbi gratia A. concurrere, ita ut *angulos rectos* conficiant; & distantiæ, quemadmodum suprà ostendimus, lineis rectis ad angulos rectos definiantur; ideo tres, & tres tantum sunt *dimensiones*. Quod *erat Demonstrandum*.

Porro sequitur, quod quicquid habet *tres dimensiones*, id ex *omni parte* est *mensurabile*, & proinde etiam *divisibile*, neque in quantitate ulterius progredi posse. Exempli causâ. In *longitudine* dimetiendâ dicimus A. B. distare quatuor *pedes*, si contingat lineam terminos istos attingentem 4 *pedes* longam esse.

Latitudinem A. C. quatuor esse *pedum*, si linea ad rectos angulos ducta sit 4 *pedum*.

Altitudinem itidem A. E. 4. esse *pedum*, si linea *perpendicularis* inde ducta sit 4 *pedum*. Imo *Area* superficiei A. D. C. B. continebit 16. *pedes*

des quadratos, quoniam quater sibi addita, i. est 4. in 4. ducta, efficient 16. Et *solidum* corpus sive cubus A. E. F B. A. C. B D cujus *latera* sunt 4. pedum, habebit 64. *cubicos pedes*, quia ejus latus in aream ductum id est 4. 16. vicibus addita, efficit 64.

Superficies est vel

1. *Concava interior*, vel 2. *Convexa exterior.*

Superficies *Concava* potest considerari, vel

Extrinsece, in ordine ad Corpus quod ab illâ continetur, & extra quod est; vel

Intrinsece, in ordine ad Corpus, cui inhæret & cujus terminus est.

Superficies intrinsece sumta illa est, de quâ *dictum* est.

Superficies extrinsece sumta dicitur *Locus*. Itaque *Locus* est *Superficies* concava *corporis ambientis* aliud Corpus. *Superficies* dicitur, sola enim *extremitas* circumscribit, & *ambit* id quod *locatur.* Dicitur superficies *Ambientis*, quia *locus* est Superficies Corporis, non qua *terminatis* aut absolute per se accepti, sed qua *ambientis* & continentis *aliud*. *Ratio* itaque *Loci* est *ambientia*, quæ ipsum à *superficie* distinguit *accidentaliter* & extrinsecè tantum; Proinde non est genuina *Species quantitatis*, sed ex communi opinione quasi *annumerata*; non enim differt à *Superficie* nisi per solam *extrinsecam denominationem*, nempe *continentiam*: *Superficies* itaque *terminat*, *Locus continet*. *Partes* terminusque *Loci*, sunt illi ipsi quos habet *Superficies*. Alii malunt locum esse spatium corpore repletum, eoque interna quantitate maxime definiri.

Di-

Dictum est hactenus de *Quantitatis continuæ* [S]peciebus, quarum Proprietates hæ duæ sunt.

1. *Quantitati* huic convenit quod *mensurat*, [e]t *mensuratur* per dimensionem *primariam* & [p]ropriam. Licet enim *Substantiam Quantitas* [m]ensurare putetur, quia ipsa illi *coextenditur*, [i]n quâ recipitur; tamen hæc *mensura* est *secun[da]ria* & *insensibilis*.

Mensura propria est *homogenea*, quando id quod [m]ensurat, & id quod mensuratur, *ejusdem gene[ris]* sunt.

Mensura est duplex.

1. Per *Applicationem*, seu congruentiam, cum [m]ensurans & mensuratum *coadæquantur* secun[du]m dimensionem. Ut *Palmus* respectu *Pal[m]i*.

2. Per *Replicationem*, quando mensurans bis, [te]rve, sæpiusve *replicatur* ad metiendum id [q]uod mensuratur. Ut *Digitus* respectu *Palmi*; [it]aque est Quantitativa.

Notandum *Mensuras* esse aut *primarias*, aut *se[cu]ndarias*.

1. *Mensuræ* sunt *primariæ* quæ dimensiones [q]uantitatis *immediate metiuntur*.

2. *Secundariæ*, quæ alio *interveniente* id præstant.

Primariæ sunt vel *linearum*, vel *superficierum*, [ve]l *corporum*.

Mensuræ longitudinum sive linearum.

Digitus, uncia, palmus, pes, palmipes, cubitus, gradus, [sta]dium, passus, milliare, leuca, parasanga, &c.

Mensura.

des quadratos, quoniam quater sibi addita, id est 4. in 4. ducta, efficient 16. Et *solidum* corpus sive cubus A. E. F B. A. C. B D cujus *latera* sunt 4. pedum, habebit 64. *cubicos pedes*, quia ejus latus in aream ductum id est 4. 16. vicibus addita, efficit 64.

Superficies est vel

1. *Concava interior*, vel 2. *Convexa exterior.*

Superficies *Concava* potest considerari, vel

Extrinsece, in ordine ad Corpus quod ab illâ continetur, & extra quod est; vel

Intrinsece, in ordine ad Corpus, cui inhæret & cujus terminus est.

Superficies intrinsece sumta illa est, de quâ *dictum* est.

Superficies extrinsece sumta dicitur *Locus*. Itaque *Locus* est *Superficies* concava *corporis ambientis* aliud Corpus. *Superficies* dicitur, sola enim *extremitas* circumscribit, & *ambit* id quod *locatur*. Dicitur superficies *Ambientis*, quia *locus* est Superficies Corporis, non qua *terminatis* aut absolute per se accepti, sed qua *ambientis* & continentis *aliud*. *Ratio* itaque *Loci* est *ambientia*, quæ ipsum à *superficie* distinguit *accidentaliter* & extrinsecè tantum; Proinde non est genuina *Species quantitatis*, sed ex communi opinione quasi *annumerata*; non enim differt à *Superficie* nisi per solam *extrinsecam denominationem*, nempe *continentiam*: *Superficies* itaque *terminat*, *Locus continet*. *Partes* terminusque *Loci*, sunt illi ipsi quos habet *Superficies*. Alii malunt locum esse spatium corpore repletum, eoque interna quantitate maxime definiri.

Di-

Dictum est hactenus de *Quantitatis continuæ speciebus*, quarum Proprietates hæ duæ sunt.

1. *Quantitati* huic convenit quod *mensurat*, ut *mensuratur* per dimensionem *primariam* & propriam. Licet enim *Substantiam Quantitas mensurare* putetur, quia ipsa illi *coextenditur*, in quâ recipitur; tamen hæc *mensura* est *secundaria* & *insensibilis*.

Mensura propria est *homogenea*, quando id quod mensurat, & id quod mensuratur, *ejusdem generis* sunt.

Mensura est duplex.

1. Per *Applicationem*, seu congruentiam, cum mensurans & mensuratum *coadæquentur* secundum dimensionem. Ut *Palmus* respectu *Palmi*.

2. Per *Replicationem*, quando mensurans bis, terve, sæpiusve *replicatur* ad metiendum id quod mensuratur. Ut *Digitus* respectu *Palmi*; itaque est Quantitativa.

Notandum *Mensuras* esse aut *primarias*, aut *secundarias*.

1. *Mensuræ* sunt *primariæ* quæ dimensiones quantitatis *immediate metiuntur*.

2. *Secundariæ*, quæ alio *interveniente* id præstant.

Primariæ sunt vel *linearum*, vel *superficierum*, vel *corporum*.

Mensuræ longitudinum sive linearum.

Digitus, uncia, palmus, pes, palmipes, cubitus, gradus, stadium, passus, milliare, leuca, parasanga, &c.

Mensura.

Mensura superficierum.

Pes quadratus, actus, clima, versus, actus quadratus, jugerum, porca, centuria, saltus, &c.

Mensura corporum in liquidis.

Ligula, cyathus, acetabulum, quartarius, hemina, sextarius, congius, urna, amphora, culeus, &c.

In aridis, prater illas qua liquidis communes.

Semodius, modius, bimodium, trimodium, &c. medimnus, corus, &c.

Mensura secundaria, sunt 1. ponderis, 2. valoris, 3. temporis.

Mensura Ponderum.

Granum, scrupulum, semiuncia, uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, decunx, as sive libra, bilibris, trilibris, centum pondo, mille pondo, 10000 pondo, &c.

Mensura valorum sive nummorum.

Teruncius, quadrans, obolus, as, sestertius, quinarius, denarius, solidus, mina, talentum, &c.

Mensura temporis.

Minutum, hora, dies, septimana, mensis, annus, lustrum, seculum, &c.

Hinc etiam aliquid dicitur.

Longum. breve, curtum, latum, angustum, profundum, exiguæ profunditatis, altum, humile, magnum, parvum, vastum, exiguum: quia licet ex habitudine & relatione ad alia, oriri videantur istæ denominationes, connotant tamen quantitatem continuam vel discretam.

Quantitas continua est divisibilis in *Partes* semper *divisibiles*; quælibet enim *Pars* Quantitatis est *extensa*. Proinde ex divisione non devenitur ad Momentum *indivisibile*, quod pars quantitatis esse non potest. Primo enim, quicquid *pars* ipsius est, *molem* addere debet, *indivisibilia* autem quotcunque id est non *extensa*, *extensum* nihil aut magnum efficere queunt; nempe ait *Aristoteles*, quod *indivisibile* additum *indivisibili* non potest producere

divisibile. Secundò, si *Pars* aliqua *Quantitatis* sit *Indivisibilis*, *uniri* non potest *Parti* alteri. Quomodo enim hæc unio fiat? non per *seipsam*; separabiles enim sunt & subdivisibiles, quia partes ex seipsis non continuantur. Neque per *Terminum* communem; quia cum ista indivisibilis sit, Partem indivisibilem non potest connectere. *Indivisibilia* enim duo nec sese immediate *contingunt*, nec *nectunt*: quippe si duo, pariter & infinita; adeoq; quantitatibus binis aut pluribus nihil commune esse potest.

Quantitas discreta sequitur, quæ resultat ex *divisione* continuæ: vel saltem quantitates continuas denominat; Definiturque, *Quantitas* cujus *Partes* nullo *Termino* Communi copulantur. Estque duplex 1. *Numerus*. 2. *Oratio*.

1. *Numerus* est *Quantitas discreta* conflata ex *unitatibus*. *Numerus* est duplex.

1. *Numerans, nota* sive Calculus per quem numeramus. Ut hæ figuræ *Indicæ*, 2. 3. 4.

2. *Numeratus, res* quæ numerantur. Ut tres quatuorve *Homines*, *Equi*, &c.

Definitur hic *Numerus*, non *Numerans* tantum, quia is est nihil nisi signum, non *Numeratus* tantum, quia is vel est Species alterius Prædicamenti, vel alia Species hujus: sed *conceptus ex utroque* consistens.

Numerus vel est *simplex* qui *digitus* dicitur, vel compositus qui *articulus* appellatur. Est etiam cardinalis aut ordinalis, par aut impar, pariter par, pariter impar, impariter impar, primus, compositus, simplex, multiplex, æquimultiplex, surdus, metiens, rationalis, irrationalis,

tionalis, apotomos, abundans, diminutus, binomius, duplex, superbipartiens, superparticularis, commensurabilis, incommensurabilis, &c.

Respectu dimensionum sunt, plani, quadrati, cubici, quadrato-quadrati, &c.

Unitas est *Indivisio Entis* in plura Entia, adeoque Unum est ens non divisum.

Unitas spectari potest

Absolute, quatenus per se sumitur.

Relative, quatenus ordinatur ad unitatem aliam. *Numerus* non conflatur ex *unitatibus absolute* sumtis, sic enim numerus esset *aggregatum* ens, non simplex; *Entia*, non *Ens*: sed consistit ex *unitatibus* quatenus inter se *ordinabiles* sunt, unaque aliam præcedit mediate vel immediate. ità enim plures *Unitates subordinatæ* producunt *numerum unum*. Licet enim *unitas* per se sit *inextensa*, tamen *unitatum Multitudo* quandam *extensionem parit*; discretam, non continuam *Indivisibilia* enim possunt *extra* se poni (ut puncta) atq; ita numerari, non vero *continuari*.

Materia numeri cujusque sunt *unitates* quot continet, *forma* vero, *summa* resultans ex unitatibus, quæ in diversis numeris, ut in 3, 4, 7 eadem esse nequit. Hanc quidem *summam* denominat ratio ultimi termini, seu ordinis unitatum ad unum: sic 3. unitates ternarium, &c.

Tametsi *unitates* quæ constituunt numerum sint *divisæ* quoad unionem continuæ Quantitatis quæ fit per *terminos Communes*; sunt tamen *indivisæ* quoad *unionem essentialem*, qualis est *potentia* & *Actus*. *Ultima* enim *unitas* est quasi *actus*, reliquæ sunt quasi *potentiæ*. Ex *utrisque* conflatur *unum essentiale*, *non Continuum*. Licet enim numerus per suas unitates numeret partes magnitudinis aut ponderis, non tamen illæ unitates continuitatem magnitudinis, aut gravitatem ponderis acquirunt, sibique vindicant.

Duo spectantur in Numero. 1. *Multitudo*. 2. *Ordo* Unitatum. Illa habetur ex parte *Materiæ*, hic pendet ab *intellectu* ordinante unitates, quæ sit posterior priorve.

Multitudo est quasi *materiale* Numeri, *ordo* est quasi *Formale*; ordo (ut dixi) *omnium* Unitatum ad *ultimam*. *Materialiter* itaque *numerus* est *Ens reale*, *formaliter* est *Ens rationis*.

Numerus autem vulgo est duplex,

1. *Transcendentalis*, qui est *plurium* quorumcunque Entium *ordinatio*, id est Entium, quæ licet non habent veram, tamen similitudinariam habent *Quantitatem*. *Numerus* hujusmodi est *proprie numerus*, quatenus dicit multitudinem Unitatum; sed (quod aiunt) non in *prædicamento* hoc reponitur, quia illæ unitates non sunt Quantæ.

2. *Prædicamentalis*, qui est *Ordinatio quantitatum* plurium *continuarum*. *Priori* modo *albedines* duæ conficiunt *Numerum*, *Posteriori* sola *bina Corpora*, aut *binæ superficies*, aut *bina Accidentia* alia *quanta*.

PROPRIETAS NUMERI.

1. *Numerus* potest semper *augeri*. Dato enim quovis, ulterior addi potest; nam datus quivis apposita unitate fit major. Hinc etiam patet quod

quod continuè *addendo numerus* non evadit actu *infinitus*; ideoque nunquam transcendit hoc Prædicamentum: imo qualiscunque ex additione aut substractione fuerit, sub aliqua numerorum specie cadet, eritque commensurabilis aut incommensurabilis, integer aut fractus, pars aut partes, radicalis aut quadratus, aut cubus, &c.

2. *Oratio* definitur esse *Quantitas Discreta*, connotans *longitudinem* aut *brevitatem* prolatarum *Syllabarum*.

In *Oratione* spectantur.

1. *Sonus*, qui est Qualitas.

2. *Literæ*, ex quibus compingitur; eæ sunt Unitates, & multitudo earum numerus.

3. *Pronuntiandi morula*, quæ est Tempus.

4. *Res significata*, quæ Categorias omnes pervadit.

5. *Collectaneum* ex iis omnibus; quod non unum ens est, sed multiplex.

Nihil itaque reliquum est in *Oratione* quod Naturam *Quantitatis* præ se fert; atque igitur Categoria hâc rectius exterminatur. Neque *Aristoteles* eam ex suâ, sed *vulgari sententiâ* recensuit Cap. de *Quantitate*: quare in *Metaphysica* omisit dispunxitque.

PROPRIETATES GENERALES.

1. *Quantitas* non est *efficax*, sed tantum passiva, & disponit *Subjectum* ad *patiendum* non operandum.

2. *Quantitati* nihil est *Contrarium*, quia nihil ipsum à *subjecto* suo potest extrudere, sed comes individua ei inhæret. 3. *Quan-*

3. *Quantitas* non suscipit *magis* aut *minus*, quia non habet *Gradus* partesque *intensivas*, per quas paulatim perfici, complerique potest in eâdem portione Subjecti: non enim bicubitum potest reddi magis bicubitum.

4. *A Quantitate* res dicuntur *æquales* vel *inæquales*.

Æqualitas, itidemque *Inæqualitas*, est duplex.

1. *Figurata*, aut metaphorica; quæ convenit *Qualitati*.

2. *Propria*, quæ convenit soli *Quantitati*.

Æqualitas propria, est extensorum duorum vel plurium *quantitas* eadem.

Inæqualitas propria, est extensorum duorum vel plurium *quantitas diversa*.

QUALITAS.

Quantitatis seriem *Qualitatis* sequitur *Categoria*, ob rationes prius allatas: reliquasque septem præcedit; primò, quia *formæ* non *materiæ comes* est. Secundò, quia *Accidens absolutum* est non *relativum*.

Qualitas autem est duplex.

1. *Transcendentalis*; eaque est vel *Essentialis*, quæ est *Forma substantialis*, ut *Rationale*; vel *Accidentalis*, quæ *Subjectum* quovis modo *afficit*; ut *Accidens* omne; quia id afficit subjectum & reddit quale secundum quid; *Quantitas* enim reddit *Subjectum* quale *quantum*.

2. *Prædicamentalis*, quæ afficit subjectum per modum *formæ* accidentalis, & reddit Subjectum *quale* tantum *sine connotato*. *Qualitas* enim sola *vim* & *Venustatem* adjicit, *formæ substantialis* simillima.

Definitur esse *Accidens absolutum* perficiens *subjectum* in essendo & *operando*. *Substantia* enim per se, in Gradu suo consummatissima, invenusta & *iners*, & fere *manca* videtur, nisi *qualitate* ornatur, & quasi *absolvitur*. *Homo* etenim *qualitate* orbus, ineptus & *rudis* est; *coloris* & *figuræ* expers, *Substantia immobilis*, impolita, nuda; denique tantum *homo*

Qualitas est vel *effectiva actuum*, vel *affectiva sensuum*: *prior dicitur facultas*, altera *objectum*.

Facultas vel est *insita*, vel *addita*.

Facultas insita, vel instruit ad *agendum*, & dicitur *potentia naturalis*; aut ad *patiendum*, & dicitur *impotentia*.

Facultas addita vel est *perfecta*, & dicitur *Habitus*; vel *imperfecta*, & dicitur *Dispositio*.

Objectum sensuum est vel *proprium*, vel commune. Alteri pertinent *patibilis qualitas* & *passio*; alteri *forma* & *figura*.

Potentia naturalis, est *qualitas insita per quam Substantia* fit valde *idonea* ad *agendum*, & *patiendum*. Est autem duplex, *Activa* vel *passiva*. Utraque vel 1. *Corporis*, quæ varia est & recondita, nempe proprietas unaquæque Speciei, & Individui: quibus accenseri possunt sympathiæ, antipathiæ, vires magneticæ, electricæ, elasticæ, &c.

Vel

Vel 2. *Animæ*, quæ est Vegetativa, Sensitiva, & Rationalis.

1. *Potentia animæ vegetativæ* est triplex; nutrix, auctrix, generatrix.

2. *Potentia sensitiva* est etiam triplex; locomotiva, appetitus, sensus.

Sensus est vel externus, vel internus.

Sensus externi sunt quinque; visus, auditus, tactus, gustus, olfactus. Interni tres; sensus communis, phantasia, memoria.

3. *Potentia animæ Rationalis* est duplex, intellectus, & voluntas.

Habitudines animi.

Judicium, sagacitas, animi præsentia, acrisia, stupor, vivacitas, hebetudo, conscientia, mens profligata, delirium, oblivio. Qui Entibus multiplicandis satagunt, vegetationi adnectunt *facultatem* attractricem, digestricem, expultricem, assimilatricem, plasticam: sensitivæ & rationali æstimativam, cogitativam, instinctum, & similia.

Impotentia naturalis, est *Qualitas insita* per quam *Substantia* apta est ad *agendum* & patiendum, sed *debiliter*. *Impotentia* est *potentia* sed *infirma*; utraque Essentialiter eadem, sed Accidentaliter distincta. Impotentia enim non sumitur *negative* pro solo defectu Potentiæ, sed *positive* pro potentiâ deficiente, nimirum *deficientia* actuum non *Formali* aut Specifica respectu *Potentiæ*, sed *Materiali* aut *Individuali* respectu *Organorum*, quæ non perfecte conformantur ad exercitium Potentiæ.

Habi-

Habitudines corporeæ.

Integritas, mutilatio, sanitas, morbus, putredo, indolentia, dolor, vigor, marcor, obesitas, macies, pulcritudo, deformitas, robur, debilitas, agilitas, inhabilitas, celeritas, tarditas, claudicatio, fecunditas, sterilitas, cæcitas, surditas, stupor palati, torpor, obesitas naris, contagio, lues, herpes, contusio, vulnus, plethora, cachochymia, cachexia, inflammatio, oppilatio, inflatio, abscessus, exanthema, papula, apostema, ulcus, bubo, fistula, gangrena, sphacelus, cicatrix, tabes, pestis, variolæ, morbilli, impetigo, scabies, erisipelas, lepra, lues venerea, gonorrhæa, arthritis, pustulæ, nodi, tumores, phlegmon, scrophula, zona morbus, cancer, carbunculus, paronychia, schirrhus, varix, aneurisma, ganglion, pernio, febris, febris hectica, intermittens, continua, putrida, ephemera, lactea, phrenitis, delirium, insania, veternus, lethargus, apoplexia, catarrhus, rheumatismus, vertigo, epilepsia, paralysis, stupor, morosis, carus, coma, incubus, convulsio, spasmus, Synanche, rachitis, cephalalgia, melancholia, orthopnœi asthma, phthisis, empyema, palpitatio cordis, lipothymia, syncope, pleuritis, cardialgia, chlorosis, icterus, hydrops, tympanites, scorbutum, morbus hypocondriacus, colica, colera, iliaca passio, diarrhæa, dysenterium, diabetes, stranguriun, nephriticus morbus, calculus, hernia, hæmorrhagia, hysterica passio, suffocatio, &c.

Notandum est *Habitum* posse sumi tripliciter.

1. Pro omni eo quod *Privationi opponitur*; ita Post-prædicamentum est.

2. Pro *applicatione vestis*; ita Prædicamentum ultimum est.

3. Pro *agendi promtitudine*; ita in hoc loco sumitur.

Habitus definitur esse *Qualitas actibus acquisita*, facilitans *Potentiam in operando*, difficulter mobilis.

Est

Est enim duplex *Habitus*.

1. *Infusus*, qui cœlitus inspiratur. Is vero habitus à *Prædicamento* removetur.

2. *Acquisitus*, qui ex frequentatione actuum resultat. De eo hic agitur.

Dicitur *facilitare Potentiam*, quia ex assuetudine actuum facilitas manat agendi id ipsum promtè, ad quod prius inepta atque indifferens *Potentia* erat. Hæc facilitas vocatur Habitus.

Habitus acquisitus est duplex.

1. *Corporis*, ut habitus *saltandi*, *cytharizandi*, &c. Addit *Aristoteles* sanitatem & morbum; quæ si minus obstinata, dispositiones esse perhibentur: ita etiam se habet ψυχεότης & θερμότης, &c.

2. *Animæ*: qui vel *pravus*; isque *intellectualis*, qui dicitur *error*: & *moralis*, qui dicitur *vitium*: aut *bonus*: isque etiam duplex, *intellectualis*, aut *moralis*.

1. *Intellectualis*; qui est *speculativus*, *vel practicus*. *Speculativi* sunt Sapientia, Intelligentia, Scientia. *Practici* Prudentia & Ars.

2. *Moralis*: ut Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia, &c.

Dispositio potest sumi dupliciter.

1. *Late*, pro *Accidente* quovis *disponente* Subjectum: sic pervagatur *novem prædicamenta*.

2. *Stricte*, vel pro *situ corporis*, sic est *Prædicamentum penultimum*: vel pro *inchoato habitu*, ita hic accipitur.

Definitur esse *Qualitas disponens Potentiam* ad promte *operandum*, facileque mobilis. Differt ab

ab *Habitu Accidentaliter* aut firmitate inhærendi, non essentialiter aut *Specifice*. Utrumque habet *Naturam* eandem, non eundem Naturæ *statum*.

Habitus est *Dispositio* actu ulteriori *consummata*; *Dispositio* est *Habitus* initialis sive *imperfectus*; Et proinde eodem modo *dividitur* in Species quo *habitus*.

Habitus Morales, cum eorundem adjunctis, contrariis, & speciebus.

Virtus heroica, justitia, injustitia, pravitas, præjudicatio, summum jus, rigor, remissio, moderatio, æquitas, candor, censura, ingenuitas, probitas, improbitas, bonitas, benignitas, humanitas, ἐπιχαιρεκακία, misericordia, crudelitas, feritas, clementio, moderatio, vehementia, tolerantia, mansuetudo, lenitudo, ὀξυθυμία, ἀκροχολία, indignatio, amarulentia, patientia, asperitas, protervia, excandescentia, obstinatio, impatientia, pertinacia, ἀοργησία, fortitudo, temeritas, timiditas, magnanimitas, pusillanimitas, temperantia, intemperantia, abstinentia, maceratio, ingluvies, sobrietas, ebrietas, vigilantia, somnolentia, industria, pigritia, ignavia, segnities, recreatio modica, recreatio immodica, mundities, fœditas, elegantia, liberalitas, munificentia, largitio, prodigalitas, avaritia, frugalitas, penuria, tenacitas, luxus, sordes, magnificentia, insolentia, fastus, superbia, humilitas, arrogantia, affectatio, χαυνότης, generositas, pompa, splendor, profusio, illiberalitas, eleemosyna, hospitalitas, inhospitalitas, castitas, continentia, incontinentia, lascivia, petulantia, probrum, incestus, raptus, adulterium, modestia, verecundia, impudentia, ἀκρασία, abjectio, ambitio, φιλοτιμία, ἀφιλοτιμία, veracitas, mendacium, ostentatio, detractio, maledicentia, pacis studium, discordia, rixa, vitiligatio, captio, cavillatio, altercatio, taciturnitas,

aciturnitas. loquacitas. garrulitas. vanitas. gravitas. mores sedati. mores desultorii. comitas. affabilitas. dulatio. obsequium. assentatio. blanditiæ. sycophantiæ. delationes. susurri. morositas. complacentia. urbanitas. scurrilitas. rusticitas. impuritas. intempestivitas. queremoniæ. contentatio. jactantia. famigeratio. εἰρωνεία. sedulitas inepta. tædium. πολυπραγμοσύνη. amicitia. benevolentia, concordia. ὑπερφιλία. μισανθρωπία. officium. morigeratio. reverentia. irreverentia. contemtus. subjectio. rebellio. turbulentia. seditio. proditio. contumacia. obedientia. fidelitas. perfidia. submissio. resignatio. favor. indulgentia. dignatio. condescentio. affabilitas. supercilium. disciplina. tenor. consideratio. providentia. attentio. intentio. cunctatio. præcipitantia. præsumsio. credulitas. incredulitas. solicitudo. anxietas. incogitantia. negligentia. dissolutio. alacritas. promtitudo. propensitas. murmuratio. lenitas. infirmitas. socordia. diligentia. assiduitas. cura. studium. sedulitas. remissio. otium. sinceritas. simplicitas. versutia. ... aus. fallacia. dolus. vafrities. constantia. instabilitas. pœnitentia. regeneratio. renovatio. impœnitentia. obduratio. sanctitas. pietas. devotio. superstitio. impietas. iniquitas. sui abnegatio. publici cura. peculatus. resignatio. μικροψυχία. φιλαυτία. fides. spes divina. charitas. infidelitas. desperatio æternæ salutis. maleficium. furtum. sacrilegium. stellionatus. læsa majestas. homicidium. parricidium. plagium. perjurium. deprædatio. rapina. grassatio. subornatio. conjuratio. apostasia. veneficium. lenocinium. usurpatio. detentio. extorsio. exactio. subornatio. opprobrium. atheismus, &c.

Habitus intellectuales & Actus, cum eorundem effectis contrariis, & speciebus.

Scientia. sapientia. intelligentia. ars. prudentia. doctrina. eruditio. discretio. ignorantia. ἀπειρία. imperitia. ruditas. barbaries. curiositas. subtilitas. absurditas. indiscretio. experientia. praxis. exercitium. insulsitas. fatuitas. philosophia. theologia. poesis. historia. meta-

ab *Habitu Accidentaliter* aut firmitate inhærendi, non essentialiter aut *Specifice*. Utrumque habet *Naturam* eandem, non eundem *Naturæ statum*.

Habitus est *Dispositio* actu ulteriori *consummata*; *Dispositio* est *Habitus* initialis sive *imperfectus*; Et proinde eodem modo *dividitur* in Species quo *habitus*.

Habitus Morales, cum eorundem adjunctis, contrariis, & speciebus.

Virtus heroica, justitia, injustitia, pravitas, præjudicatio, summum jus, rigor, remissio, moderatio, æquitas, candor, censura, ingenuitas, probitas, improbitas, bonitas, benignitas, humanitas, ἐπιχαιρεκακία, misericordia, crudelitas, feritas, clementio, moderatio, vehementia, tolerantia, mansuetudo, lenitudo, ὀξυθυμία, ἀκροχολία, indignatio, amarulentia, patientia, asperitas, protervia, excandescentia, obstinatio, impatientia, pertinacia, ἀοργησία, fortitudo, temeritas, timiditas, magnanimitas, pusillanimitas, temperantia, intemperantia, abstinentia, maceratio, ingluvies, sobrietas, ebrietas, vigilantia, somnolentia, industria, pigrities, ignavia, segnities, recreatio modica, recreatio immodica, munditieș, fœditas, elegantia, liberalitas, munificentia, largitio, prodigalitas, avaritia, frugalitas, penuria, tenacitas, luxus, sordes, magnificentia, insolentia, fastus, superbia, humilitas, arrogantia, affectatio, χαυνότης, generositas, pompa, splendor, profusio, illiberalitas, eleemosyna, hospitalitas, inhospitalitas, castitas, continentia, incontinentia, lascivia, petulantia, probrum, incestus, raptus, adulterium, modestia, verecundia, impudentia, ἀκρασία, abjectio, ambitio, φιλοτιμία, ἀφιλοτιμία, veracitas, mendacium, ostentatio, detractio, maledicentia, pacis studium, discordia, rixa, vitiligatio, captio, cavillatio, altercatio, taciturnitas.

taciturnitas. loquacitas. garrulitas. vanitas. gravitas. mores sedati. mores desultorii. comitas. affabilitas. adulatio. obsequium. assentatio. blanditiæ. sycophantiæ. delationes. susurri. morositas. complacentia. urbanitas. scurrilitas. rusticitas. impuritas. intempestivitas. queremoniæ. contentatio. jactantia. famigeratio. εἰρωνεία. credulitas inepta. tædium. πολυπραγμοσύνη. amicitia. benevolentia, concordia. ὑπερφιλία. μισανθρωπία. officium. morigeratio. reverentia. irreverentia. contemptus. subjectio. rebellio. turbulentia. seditio. proditio. contumacia. obedientia. fidelitas. perfidia. submissio. resignatio. favor. indulgentia. dignatio. condescentio. affabilitas. supercilium. disciplina. tenor. consideratio. providentia. attentio. intentio. cunctatio. præcipitantia. præsumsio. credulitas. incredulitas. solicitudo. anxietas. Incogitantia. negligentia. dissolutio. alacritas. promtitudo. propensitas. murmuratio. lenitas. infirmitas. socordia. diligentia. assiduitas. cura. studium. credulitas. remissio. otium. sinceritas. simplicitas. versutia. fraus. fallacia. dolus. vafrities. constantia. instabilitas. pœnitentia. regeneratio. renovatio. impœnitentia. obduratio. sanctitas. pietas. devotio. superstitio. impietas. iniquitas. sui abnegatio. publici cura. peculatus. resignatio. μικροψυχία. φιλαυτία. fides. spes divina. charitas. infidelitas. desperatio æternæ salutis. maleficium. furtum. sacrilegium. stellionatus. læsa majestas. homicidium. parricidium. plagium. perjurium. deprædatio. rapina. grassatio. subornatio. conjuratio. apostasia. veneficium. lenocinium. usurpatio. detentio. extorsio. exactio. subornatio. opprobrium. atheismus, &c.

Habitus intellectuales & Actus, cum eorundem effectis contrariis, & speciebus.

Scientia. sapientia. intelligentia. ars. prudentia. doctrina. eruditio. discretio. ignorantia. ἀχριτία. imperitia. ruditas. barbaries. curiositas. subtilitas. absurditas. indiscretio. experientia. praxis. exercitium. insulsitas. fatuitas. philosophia. theologia. poesis. historia. meta-

ab *Habitu Accidentaliter* aut firmitate inhærendi, non essentialiter aut *Specifice*. Utrumque habet *Naturam* eandem, non eundem *Naturæ statum*.

Habitus est *Dispositio* actu ulteriori *consummata*; *Dispositio* est *Habitus* initialis sive *imperfectus*; Et proinde eodem modo *dividitur* in Species quo *habitus*.

Habitus Morales, cum eorundem adjunctis, contrariis, & speciebus.

Virtus heroica, justitia, injustitia, pravitas, præjudicatio, summum jus, rigor, remissio, moderatio, æquitas, candor, censura, ingenuitas, probitas, improbitas, bonitas, benignitas, humanitas, ἐπιχαιρεκακία, misericordia, crudelitas, feritas, clementio, moderatio, vehementia, tolerantia, mansuetudo, lenitudo, ὀξυθυμία, ἀκρεχολία, indignatio, amarulentia, patientia, asperitas, protervia, excandescentia, obstinatio, impatientia, pertinacia, ἀοργησία, fortitudo, temeritas, timiditas, magnanimitas, pusillanimitas, temperantia, intemperantia, abstinentia, maceratio, ingluvies, sobrietas, ebrietas, vigilantia, somnolentia, industria, pigrities, ignavia, segnities, recreatio modica, recreatio immodica, mundities, fœditas, elegantia, liberalitas, munificentia, largitio, prodigalitas, avaritia, frugalitas, penuria, tenacitas, luxus, sordes, magnificentia, insolentia, fastus, superbia, humilitas, arrogantia, affectatio, χαυνότης, generositas, pompa, splendor, profusio, illiberalitas, eleemosyna, hospitalitas, inhospitalitas, castitas, continentia, incontinentia, lascivia, petulantia, probrum, incestus, raptus, adulterium, modestia, verecundia, impudentia, ἀκρασία, abjectio, ambitio, φιλοτιμία, ἀφιλοτιμία, veracitas, mendacium, ostentatio, detractio, maledicentia, pacis studium, discordia, rixa, vitiligatio, captio, cavillatio, altercatio, taciturnitas.

taciturnitas. loquacitas. garrulitas. vanitas. gravitas. mores sedati. mores desultorii. comitas. affabilitas. adulatio. obsequium. assentatio. blanditiæ. sycophantiæ. delationes. susurri. morositas. complacentia. urbanitas. scurrilitas. rusticitas. impuritas. intempestivitas. queremoniæ. contentatio. jactantia. famigeratio. εἰρωνεία. sedulitas inepta. tædium. πολυπραγμοσύνη. amicitia. benevolentia, concordia. ὑπερφιλία. μισανθρωπία. officium. morigeratio. reverentia. irreverentia. contemptus. subjectio. rebellio. turbulentia. seditio. proditio. contumacia. obedientia. fidelitas. perfidia. submissio. resignatio. favor. indulgentia. dignatio. condescentio. affabilitas. supercilium. disciplina. tenor. consideratio. providentia. attentio. intentio. cunctatio. præcipitantia. præsumsio. credulitas. incredulitas. solicitudo. anxietas. incogitantia. negligentia. dissolutio. alacritas. promtitudo. propensitas. murmuratio. lenitas. infirmitas. socordia. diligentia. assiduitas. cura. studium. sedulitas. remissio. otium. sinceritas. simplicitas. versutia. fraus. fallacia. dolus. vafrities. constantia. instabilitas. pœnitentia. regeneratio. renovatio. impœnitentia. obduratio. sanctitas. pietas. devotio. superstitio. impietas. iniquitas. sui abnegatio. publici cura. peculatus. resignatio. μικροψυχία. φιλαυτία. fides. spes divina. charitas. infidelitas. desperatio æternæ salutis. maleficium. furtum. sacrilegium. stellionatus. læsa majestas. homicidium. parricidium. plagium. perjurium. deprædatio. rapina. grassatio. subornatio. conjuratio. apostasia. veneficium. lenocinium. usurpatio. detentio. extorsio. exactio. subornatio. opprobrium. atheismus, &c.

Habitus intellectuales & Actus, cum eorundem effectis contrariis, & speciebus.

Scientia. sapientia. intelligentia. ars. prudentia. doctrina. eruditio. discretio. ignorantia. ἀκρισία. imperitia. ruditas. barbaries. curiositas. subtilitas. absurditas. indiscretio. experientia. praxis. exercitium. insulsitas. fatuitas. philosophia. theologia. poesis. historia. meta-

metaphysica. physica. magica. mathematica. geometria. arithmetica. perspectiva. optica. musica. astronomia. cosmographia. geographia. hydrographia. chorographia. geodesia. architectura. militaris. tactica. statica. mechanica. nautica. chronologia. medicina. anatome. chirurgica. chymica. cosmetica. athletica. mangonium. grammatica. rhetorica. critica. ethica. politica. œconomica. jurisprudentia. pictura. statuaria. unguentaria. vestiaria. sartoria. textoria. tinctoria. sutoria. coquinaria, pistoria. cauponaria. mercatoria. institoria. agricultura. ars pastoralis. piscatoria. venatica. bucolica. veterinaria. aucupium. gladiatoria. histrionica. cementaria. fabrilis. plastica. typographica. sculptoria. scriptoria. libraria.

Patibilis qualitatis divisio sumitur ex sensuum objectis, quæ sunt

1. *Visibile*, ut *lux.*
2. *Audibile*, ut *sonus.*
3. *Tactile*, ut *qualitates primæ*, & *secundæ.*
4. *Gustile*, ut *sapor.*
5. *Olfactile*, ut *odor.*

Visum concernentia.

Lumen, crepusculum. tenebræ. obscuritas. umbra. splendor. opacitas. diaphaneitas. perspicuitas. claritudo. puritas. maculæ. caligo. colores omnium generum, ut griseus. albus. niger. fuscus. ruber. fulvus. luteus. purpureus. flavus. gilvus. spadix. flammeus. viridis. cæruleus. glaucus. sandyx. balius. furvus. venetus. prasinus. coccineus. puniceus. hysginus. murinus. croceus. &c.

Auditum concernentia.

Vox. sonus gravis. acutus. harmonicus. inharmonicus. echo. articulatus. inarticulatus. demissus. intensus. bassus. tenor. altus. contratenor. conditus. inconditus. raucus. clarus. clamosus. susurri, sibilus, &c.

Tactum

Tactum concernentia.

Calor, frigus, humiditas, siccitas, mollities, durities, lævitas, asperitas, spissitas, subtilitas, ariditas, lubricitas, friabilitas, tepiditas, fervor, liquiditas, fluiditas, consistentia, congelatio, turgiditas, flacciditas, durities, callositas, flexilitas, lentor, inflexilitas, acumen, glabrities, politura, hispiditas, strigositas, mucilaginositas, viscositas, grumositas, tenacitas, ductilitas, fragilitas, malleabilitas, laxitas, dissipabilitas, raritas, densitas, &c.

Gustum concernentia.

Dulcor, acrimonia, γλυκυπικρότης, amaritudo, salsugo, aciditas, stypticitas, acerbitas, oleositas, insipiditas, στρυφνότης, spirituositas, vappiditas, mucor, putredo, ranciditas, empyreuma, &c.

Olfactum concernentia.

Suaveolentia, fætor, fragrantia, fraciditas, odor aromaticus, nidor, mephites, tragus, &c.

Passio eodem modo *definitur* & *dividitur*, quo *Patibilis Qualitas.* Inter *Patibiles* vero *Qualitates* nonnullæ stabilius *permanent*, aliæ citius *transeunt.* Hæ tantum, non illæ, Passiones sunt; cujusmodi *Pallor* ex metu, *Rubor* ex pudore, *Livor* ex invidiâ contractus

Forma vel *Figura* (utriusque enim *definitio* est eadem) est *Lineamentorum dispositio*, sive *qualitas* ex *Quantitatis terminatione* suboriens. *Figura* non est *Quantitas*, sed ipsius quasi *modus*: hæc ab illâ *Formaliter* non *Materialiter* differt; *Quantitas* enim ex se *informis* varias formas subit, ipsaque *immutabilis* quoad *magnitudinem* diversimodas in *Figuras transmutatur. Figura* itaq; *Determinatio* nova *Quantitatis* est, non *Quantitas* nova. Illa *Formæ substantialis* accessum recessumque *comitatur*, & subinde renovatur, *Quantitas* semper *invariabilis* adhæret Materiæ

H stabili

ſtabili atque incorruptibili. Tametſi vero *Forma* & *Figura* quoad rem coincidunt, variis tamen *Subjectis* eam applicare ſolemus; Formam *Animatis*, Figuram *Inanimatis*. Hanc inſenſibilem & *Mathematicam*, illam ſenſibilem & *Phyſicam* eſſe non inconcinne dicimus; viz. *formam Hominis*, aut Equi, *Figuram Cylindri* aut ſphæræ.

Formæ tot Species enumerari queunt, quot ſunt viventium diverſæ quaſi ſtructuræ; erecta Hominis; deflexa bruti; prona ſerpentis. Imo quicquid oculis placet diſpliceтve, novam formæ ſpeciem parit. Hinc pulcritudo deformitas, monſtroſitas, forma regia, uxoria, meretricia, ſtrabones, plauti, naſones, limi, capitones, vari, valgi, flacci, labiones, tuberones, criſpi, curtii, nani, gigantes, gibboſi, cæſii, luſci, calvi, recalvi, pandum, repandum, aduncum, &c.

Figuræ itidem tot ſunt Species, quot *Mathematicæ* delineationes, aut quantitatis terminatæ habitudines.

Lineas concernentia.

Recta, curva, parabolica, hyperbolica, ſpiralis, helica, diagonium, latus, tangens, ſecans, diameter, axis, ſinus, chorda, gnomon, parallela, perpendicularis, inclinans, reclinans, declinans, obliqua, directa, tranſverſa, reflexa, refracta, acutangula, obtuſangula, &c.

Figuræ lineatorum.

Æquilaterum triangulum, iſoſceles, ſcalenum, amblygonium, oxygonium, rectangulum, quadrangulum, quadratum, rhombus, rhomboides, trapezium, parallelogrammum, pentagonum, hexagonum, heptagonum, &c. circulus, ſemicirculus, quadrans, ſegmentum, ellipſis, planum, convexum, concavum, turbinatum, falcatum, undulatum, &c.

Figuræ ſolidorum.

Cubica, ſphærica, cylindrica, priſmoeides, pyramidalis

[illegible]s, conoeides, ſphæroides, tetraëdrica, octoëdrica, dodecaëdrica, icoſaëdrica, parallelopipedum, &c.

Figuræ compoſitæ.

Canalis, crena, foramen, ſulcus, cavitas, cuſpis, orificium, dens, ſtria, cochlea, anſa, retinaculum, ſubſcus, [illegible]ncus, nodus, umbo, obex, valvæ, tubus, torcular, furca, [illegible]bula, paxillum, annulus, arcus, plica, ruga, cuneus, ſtri[illegible]a, lamina, voluta, decuſſis, quincunx, tænia, ſcandula, [illegible]oncha, cirrus, talea, ſtrues, meta, ſiphon, infundibulum, ſcapus, loculamentum, trochlea, cnodax, verticillum, coronis, &c.

Series Qualitatum.

Qualitas.

Affectiva.	*Effectiva.*
Forma & Figura.	
Patib. qual. & Paſſio.	

Facultas.

Inſita.	*Addita.*
Potentia Nat. & Impot.	

Habitus & Diſp.

Moralis.	*Intellectualis.*
Prudentia.	Intelligentia.
Fortitudo.	Sapientia.
Juſtitia.	Scientia.
Temperantia.	Prudentia. Ars.

Poſtquam explicata eſt *Series Specierum*, quas recenſendo *geminavimus*, quia earum quævis includit *Latitudinem*, in nullis aliis Categoriis ſpectandam; oportet demum *Proprietates* ejuſdem ſubnectere.

 Pro-

PROPRIETATES QUALITATIS.

1. *Qualitas* habet *Contrarium*. Species non omnis, sed prima & tertia, & ex his tantum pleræque hanc proprietatem sortiuntur. Non enim *Figura*, aut *Potentia Naturalis*. Qualitates sibi contrariam habent, per quam possunt à Subjecto expelli: sed *habitus qualitasque patibilis* plurimum contrariis qualitatibus impugnantur. *Virtus* enim *Vitio*, *Frigori Calor* contrarius, &c.

Inter hujusmodi *qualitates* mutua *pugna* intervenit, quam in nullis aliis *entibus* licet invenire.

Quid sint *Contraria* dictum est; in quorum definitione requiritur ut sint *Activa* & *Passiva* invicem, solæ autem Qualitates agere & repati nequeunt, ideoque solæ illæ *per se*, reliqua entia *per illas contrariantur*.

2. *Qualitas* suscipit *magis* & *minùs*, viz. *intensionem* aut *remissionem*. Non Qualitatibus *singulis*, sed iis solis quibus prima, hæc secunda Proprietas convenit.

Quid sint *Intentio* & *Remissio*, dictum est: animadvertere jam oportet *gradus intensives* in solâ *Qualitate* reperiri, quæ in eâdem subjecti parte paulatim augeri minuique potest. *Habitus* enim *Qualitasque patibilis* dicitur *gradus octo* proprios habere, quibus subjectum destitui non potest, nisi per accessum tot contrariorum. *Latitudo* enim ipsius *expleri* debet.

Quantitatum itaque contrariarum utraque continere dicitur *gradus octo*, per quos alternatim agit reagitque in sua ipsarum *Subjecta*. Ex hoc alterno conflictu paulatim utraque producit gradus similes, dissimilesve corrumpit; viz. *Calor* per suos *octo gradus* agens in *aquam* ab ipsa Gradum *frigoris unum* extrudit, *suique unum* vice ejus introducit: & è contrario *frigus* per suos *octo Gradus* reagens in *ignem*, expellit gradum *octavum caloris*, *frigorisque primum* infert. Quippe Qualitas utraque gradum ulteriorem suum successivo motu ingerit, donec ultimum penitus absolvit. *Qualitas* itaque *adjiciendo* suos *gradus* dicitur *intendere*; *ejiciendo* alienos, dicitur *remittere*. Neque *Qualitas* una potest se *intendere*, quin simul contrariam alteram *remittat*; quia *Subjectum* quodvis *incapax* est plurium quam *octo* graduum (sic enim metiri placuit;) quare novo præexistente exterminatur. Inde dicitur quod *Gradus intensi* duo coëxistere nequeunt, *remissi* queunt.

Gradus remissi sunt 1. 2. 3. 4. intensi 5. 6. 7. 8. *Gradus* verò omnis respectu *superioris* potest dici quodammodo *remissus*.

Notandum verò hos *Gradus* non perficere qualitatis *essentiam*, quæ indivisibilis est, sed entitatem sive integritatem.

3. A Qualitate res dicuntur similes aut dissimiles.

Est autem *Similitudo*, uti & *dissimilitudo*, *propria*, vel *impropria*: illa soli qualitati, hæc aliis etiam Categoriis convenit.

Similitudo est *substantiarum* duarum in qualitate convenientia; dissimilitudo, disconvenientia.

Ali-

Aliquid potest dici *simile* aut *dissimile*, 1. *Causaliter* sive fundamentaliter, idque non solum à qualitate, sed etiam à quantitate, in quovis forte Prædicamento. 2. *Formaliter*, quod fit à qualitate solâ.

RELATIO.

CATEGORIAS duas *Accidentium absolutorum* sequuntur septem Categoriæ *relativorum* Accidentium.

Dicitur accidens *relativum*, 1. *Simpliciter*, cujus tota natura consistit in *respectu*.

2. *Secundum* quid, cujus essentia partim absoluta, partim relativa est: sive quod in Naturâ suâ absolutâ conceptum relativum includit.

Prædicamentum sex *ultima* sunt *relativa secundum* quid, hoc *quartum* est *relativum simpliciter*, quod rectè inter Accidentia mere absoluta, & Accidentia utriusque naturæ disponitur.

Relatio universalissime sumta, est *Habitudo* quæcunque cujusvis ad quodvis.

Estque vel *Transcendentalis*, vel *Prædicamentalis*. *Transcendentalis*, est

1. *Intentionalis*, per quam *Ens rationis* unum ad aliud refertur; ut *genus* ad *Speciem*.

2. *Realis*, per quam *Ens reale* unum ordinatur ad aliud, sed non quoad totam *Naturam*; & dicitur, *relatio* secundum *dici*; ut inter signum & signatum.

Relatio Prædicamentalis est per quam *Ens reale* unum *refertur* ad aliud, secundum totam *Naturam*, diciturque Relatio secundum *esse*; unde constat

constat Relationem *intentionalem* discludi, quia *Ens rationis* est; itidem Relationem *secundum dici*, quia habet Naturam *Absolutam*, reponiturque in aliis Categoriis.

Definitur *Relatio* Prædicamentalis esse Accidens *Reale*, cujus tota Natura est *ad aliud*, sive quod inhæret in *Subjecto*, ut referat illud ad *Terminum*.

Est itaque in Subjecto, sed una est ad Terminum; neque hi duo conceptus *esse in*, & *esse ad* repugnant, sed subordinantur.

Ad *Relationem* Prædicamentalem tria requiruntur.

1. *Subjectum*, in quo est Relatio.

2. *Fundamentum*, propter quod relatio est in Subjecto.

3. *Terminus*, ad quem relatio refert Subjectum.

Fundamentum est duplex; remotum & proximum.

1. *Remotum* sive causa, præcipue est triplex, sc. Substantia, Quantitas & Qualitas.

2. *Proximum* sive conditio, est etiam triplex:

1. *Actio* vel *passio*, quæ intercedit inter Patrem & filium, maritum & conjugem, dominum & servum, regem & subditum, &c.

2. *Modus*, qui intervenit inter substantias duas, Qualitates duas, &c.

3. *Mensura*, quæ habetur inter potentiam & objectum, imaginem & prototypum, &c.

Exempli Gratiâ.

1. *Paternitas* est relatio, cujus Subjectum, Homo; Fundamentum remotum Substantia;

 pro-

proximum, Actio generandi; Terminus, Filius.

2. *Æqualitas* est Relatio, cujus Subjectum, Corpus; Fundamentum remotum, Quantitas; Proximum, ὁμοιότης· Terminus, Æquale.

3. *Habitudo Intellectus* ad *Intelligibile* est relatio, cujus Subjectum, Homo; Fundamentum remotum, Qualitas; Proximum, Indoles; Terminus, Intelligibile.

Theoremata de Subjecto, Fundamento & Termino.

1. Quando *Subjectum, Fundamentum, terminusque* sunt *realia*, relatio realis est.

2. Relatio advenit *Subjecto* sine mutatione, quia est Ens non distinctum à Fundamento, quod vel est in Subjecto, vel coincidit cum subjecto. Exempli gratia, *Albedo* Fundamentum similitudinis, à similitudine non discrepat realiter, illa enim absolutè sumta denominat Subjectum *album*; relativè verò in ordine ad alteram Albedinem, denominat Subjectum *similiter album*. Ex positione igitur, aut remotione alterius Albedinis, Albedo illa alia denominat aut non denominat Subjectum simile, sine ullâ sui mutatione, propter mutationem Termini.

3. *Subjectum* & *fundamentum* remotum plerunque *differunt* realiter, aliquando *coincidunt*. Differunt quando Fundamentum remotum non est Substantia, coincidunt quando est; semper autem differunt formaliter.

4. *Relatio* realiter à *Termino* differt, quia est Ens

Ens à Termino separatum & dissitum. Est enim illa in Subjecto, à quo Terminus tanquam res à re distat.

5. *Terminus* non est *Essentia* relationis, sed habitudo ad Terminum. Potest dici quod Essentiam terminat, sed non constituit.

6. *Terminus* relationis potest sumi, vel quatenus est quid *absolutum*; vel quatenus est quid *respectivum*. V. g. filius potest considerari vel ut quid genitum, vel ut quid connotans Relationem Filiationis correspondentem relationi Paternitatis.

Terminus Relationis est quid *Absolutum*, quia Relatio essentialiter refertur ad aliud quod terminat, non quod mutuò refertur. Potest enim Relatio intelligi absque Termino relativè, sed non absolute sumto. Relatorum quidem secundum dici sunt identidem relationes.

7. *Subjectum* non unicâ sed *multiplici* Relatione refertur ad *plures Terminos*; viz. Relatio quâ Pater ad Primogenitum refertur, non est eadem quâ refertur ad alium Filium, qui præexistente Primogenito nondum erat natus. Ubi enim *Terminus* & Fundamentum *variantur*, necesse est *respectum* unà variari: Fundamentum verò, nempe actio generandi, Terminus etiam, nempe Filius natu minor, distincta entia sunt, alia igitur Paternitas exurgit; Alia (inquam) *Paternitas*, non alius *Pater*. Possunt esse in uno Homine multæ Paternitates, non Patres multi. *Paternitas* enim est Accidens abstractum; *Pater*, concretum: abstracta autem accidentia possunt multiplicari, non autem concreta, sine multi-

multiplicatione subjecti. Quare cun *Homo* unu sit subjectum idem Paternitatum omnium, i de provenit ut in eo sit *Pater* unus, *Paternitas* multiplex.

Relatio duplex est vel æquiparantiæ, sive *æquipollentiæ* inter terminos ejusdem rationis; vel disquiparantiæ sive *disquipollentiæ* inter terminos rationis diversæ.

Utraque vel est inter *substantias*, vel *accidentia*.

1. Quæ est inter substantias, vel est ordinis ejusdem, ut Amicitia; vel diversi, ut Paternitas, &c.

2. Relatio inter *accidentia* est vel inter *quantitates*, unde æqualitas, inæqualitas, & quæ exinde fluunt; aut *qualitates*, unde similitudo, dissimilitudo, quæque exinde deducuntur.

Notandum est *Categoriam* hanc in *abstracto* dici *Relationem*, in *concreto relatum*; relatum enim est relatio quatenus connotat Subjectum.

Notandum insuper, quod illud quod in *una* relatione *relatum* est, est *correlatum* in *alteri* sibi respondente: nimirum inter Patrem & Filium duæ relationes intercedunt, quarum altera, *patris* sc. ad *filium*, *paternitas* appellatur, altera quâ *filius* refertur ad *patrem filiatio* dicitur. Sic *pater* est *relatum* in *paternitate*, filius *correlatum* : contra in *filiatione filius* est *relatum*, *pater correlatum*. Hoc in relatis *heteronymis* sive *disquiparantiæ* perspicuum videtur; neque enim ita se habet *rex* ad *subditum*, ut *subditum* ad *regem*; nec *Pater* ad *filium*, ut *filius* ad *Patrem*.

Relata

Relata quæ terminantur in Substantiis.

1. *Ex necessitudine & statu naturali & civili.*

ater, filius, mater, filia, avus, abavus, atavus, triavus, c. avia genitor, proles, frater, soror, germanus, uteinus, nepos, patruus, propatruus, abpatruus, avunculus, mita, matertera, levir, glos, nurus, noverca, socius, viicus, privigna, prosocer, abnepos, cognatus, consanguieus, affinis, hæres, successor, decessor, uxor, maritus, onsus, nuptus, bigamus, viduus, orbus, orphanus, cæbs, paranympus, pronuba, procus, rivalis, adoptivus, dicatus, arrogatus, expostititius, repudiatus, nuptus, conrreatus, senex, vir, femina, adolescens, juvenis, puer, fans, puerpera, prægnans, anus, matrona, stemma, familia, prosapia, nutrix, alumnus, spurius, hybrida, indiena, popularis, inquilinus, exoticus, erro.

Rex, princeps, subditus, dominus, servus, tutor, pupillus, magister, discipulus, herus, famulus, compater, sueptus, pater-familias, filius-familias, patronus, cliens, datarius, vasallus, benefactor, beneficiarius, candidas, æmulus, hospes, viator, peregrinus, domesticus, prorator, œconomus, dispensator, vas, præs, obses, sponr, fidejussor, locator, conductor, emtor, venditor, remtor, tabellarius, nauta, vector, emphyteutes, possest, proprietarius, colonus, verna, usufructuarius, comes, teambulo, pedissequus, præcursor, amicus, inimicus, ius, familiaris, congerro, contubernalis, vicinus, partips, mango, camso, fenerator, dynasta, tetrarcha, dictar, equitum magister, præfectus prætorio, consul, letus, prætor, tribunus, ædilis, censor, quæstor, duumvir, iumvir, decurio, magistratus, judex, privatus, syndicus, essor, testis, sequester, arbiter, actor, reus, irenarcha, iba, notarius, præco, lictor, accensus, commentariensis, nifex, advocatus, apparitor, patricius, plebeius, dives, uper, mendicus, liber, libertinus, libertus, civis, rustis, academicus, dux, marchio, comes, vicecomes, baro, ronettus, eques, armiger, generosus, nobilis, ignobilis, ctor, literatus, idiota, antecessor, professor, baccalauus, licentiatus, cancellarius, commissarius, præses, reor, guardianus, præpositus, principalis, theologus, ilosophus, jurisconsultus, medicus, chirurgus, mathematicus,

mulriplicatione subjecti. Quare cun *Homo* unus sit subjectum idem Paternitatum omnium, i de provenit ut in eo sit *Pater* unus, *Paternitas* multiplex.

Relatio duplex est vel æquiparantiæ, sive *æquipollentiæ* inter terminos ejusdem rationis; vel disquiparantiæ sive *disquipollentiæ* inter terminos rationis diversæ.

Utraque vel est inter *substantias*, vel *accidentia*.

1. Quæ est inter substantias, vel est ordinis ejusdem, ut Amicitia; vel diversi, ut Paternitas, &c.

2. Relatio inter *accidentia* est vel inter *quantitates*, unde æqualitas, inæqualitas, & quæ exinde fluunt; aut *qualitates*, unde similitudo, dissimilitudo, quæque exinde deducuntur.

Notandum est *Categoriam* hanc in *abstracto* dici *Relationem*, in *concreto relatum*; relatum enim est relatio quatenus connotat Subjectum.

Notandum insuper, quod illud quod in *una* relatione *relatum* est, est *correlatum* in *altera* sibi respondente: nimirum inter Patrem & Filium duæ relationes intercedunt, quarum altera, *patris* sc. ad *filium*, *paternitas* appellatur, altera quâ *filius* refertur ad *patrem filiatio* dicitur. Sic *pater* est *relatum* in *paternitate*, filius *correlatum*: contra in *filiatione filius* est *relatum*, *pater correlatum*. Hoc in relatis *heteronymis* sive *disquiparantiæ* perspicuum videtur; neque enim ita se habet *rex* ad *subditum*, ut *subditus* ad *regem*; nec *Pater* ad *filium*, ut *filius* ad *Patrem*.

Relata

Relata quæ terminantur in Substantiis.

1. *Ex necessitudine & statu naturali & civili.*

Pater, filius, mater, filia, avus, abavus, atavus, triavus, &c. avia genitor, proles, frater, soror, germanus, uterinus, nepos, patruus, propatruus, abpatruus, avunculus, amita, matertera, levir, glos, nurus, noverca, socius, vitricus, privigna, prosocer, abnepos, cognatus, consanguineus, affinis, hæres, successor, decessor, uxor, maritus, sponsus, nuptus, bigamus, viduus, orbus, orphanus, cælebs, paranympus, pronuba, procus, rivalis, adoptivus, abdicatus, arrogatus, expostititius, repudiatus, nuptus, confarreatus, senex, vir, femina, adolescens, juvenis, puer, infans, puerpera, prægnans, anus, matrona, stemma, familia, prosapia, nutrix, alumnus, spurius, hybrida, indigena, popularis, inquilinus, exoticus, erro.

Rex, princeps, subditus, dominus, servus, tutor, pupillus, magister, discipulus, herus, famulus, compater, susceptus, pater-familias, filius-familias, patronus, cliens, feodatarius, vasallus, benefactor, beneficiarius, candidatus, æmulus, hospes, viator, peregrinus, domesticus, procurator, œconomus, dispensator, vas, præs, obses, sponsor, fidejussor, locator, conductor, emtor, venditor, redemtor, tabellarius, nauta, vector, emphyteutes, possessor, proprietarius, colonus, verna, usufructuarius, comes, anteambulo, pedisequus, præcursor, amicus, inimicus, socius, familiaris, congerro, contubernalis, vicinus, particeps, mango, camso, fenerator, dynasta, tetrarcha, dictator, equitum magister, præfectus prætorio, consul, legatus, prætor, tribunus, ædilis, censor, quæstor, duumvir, triumvir, decurio, magistratus, judex, privatus, syndicus, assessor, testis, sequester, arbiter, actor, reus, irenarcha, scriba, notarius, præco, lictor, accensus, commentariensis, carnifex, advocatus, apparitor, patricius, plebeius, dives, pauper, mendicus, liber, libertinus, libertus, civis, rusticus, academicus, dux, marchio, comes, vicecomes, baro, baronettus, eques, armiger, generosus, nobilis, ignobilis, doctor, literatus, idiota, antecessor, professor, baccalaureus, licentiatus, cancellarius, commissarius, præses, rector, guardianus, præpositus, principalis, thêologus, philosophus, jurisconsultus, medicus, chirurgus, mathematicus,

maticus, philologus, orator, rabula, poëta, grammaticus, mercator, mechanicus, leno, pollinctor, præfica, venefica, saga, mercator, architectus, faber, &c.

Relata ex statu Ecclesiastico.

Patriarcha, propheta, sacerdos, levita, apostolus, evangelista, papa, cardinalis, legatus à latere, primas, metropolitanus, episcopus, chorepiscopus, presbyter, archipresbyter, diaconus, archidiaconus, subdiaconus, acoluthus, lector, cantor, exorcista, rector, vicarius, curatus, sacellanus, confessarius, decanus, præbendarius, canonicus, monachus, secularis, regularis, eremita, reclusus, abbas, prior, monialis, novitius, diocesanus, parochus, laicus, clericus, sacerdos, pontifex, flamen, augur, vates, &c.

Relata ex dogmate & professione.

Ethnicus, mahumedanus, judæus, samaritanus, verpus, christianus, orthodoxus, hæreticus, catholicus, catechumenus, schismaticus, confessor, martyr, persecutor, sectus, apostata, proselyta, pontificius, lutheranus, calvinista, jansenista, socinianus, fanaticus, arianus, querquerus, dominicanus, franciscanus, carmelita, carthusianus, jesuita, peripateticus, stoicus, pythagoræus, platonicus, cynicus, epicureus, scepticus, pharisæus, sadducæus, carræus.

Relata ex pietatis muniis.

Preces, vota, confessio, litaniæ, hymni, homiliæ, catechismus, festa, jejunia, feriæ, vigiliæ, stationes, processus, confirmatio, offertorium, sepultura, justa, exequiæ, mistæ, matrimonium, extrema unctio, ordines, pœnitentia, baptismus, excommunicatio, eucharistia, interdictum, circumcisio, pascha, sacramentum, sacrificium, lustratio, libamen, hecatombus, holocaustum, suffitus, februa, scripturæ, traditio, indulgentiæ, reliquiæ, canonizatio, encænia, decimæ, mysterium, oraculum, &c.

Relata ex conventibus.

Concilia, synodi, comitia, nundinæ, senatus, conventiculum, cætus, concio, grex, armentum, examen, turba, multitudo, census, armilustrum, catalogus, &c.

Relata ex re civili.

Jus naturæ, jus gentium, jus civile, jus honorarium, lex, senatus consultum, plebiscitum, edictum, rescritum, meritum, demeritum, præmium, pœna, animadversio, talio, lucrum, damnum, pauperies, jactura, noxa, delictum, honores, venia, sententia, decretum, condemnatio, absolutio, restitutio, mulcta, proscriptio, deportatio, exilium, suspendium, crucifixio, vivicomburium, equuleus, numellæ, carcer, compedes, manicæ, nervus, boiæ, verbera, fustigatio, relegatio, confiscatio, degradatio, depositio, sequestratio, infamia, cauterium, pœna capitalis, tormentum, quæstio, consuetudo, præscriptio, nominatio, electio, authoritas, officium, prærogativa, potestas, facultas, munus, privilegium, dispensatio, licentia, toleratio, immunitas, accusatio, defensio, lis, jurgium, controversia, transactio, administratio, inquisitio, postulatio, examen, litis contestatio, exceptio, protestatio, nullitas, inhibitio, appellatio, citatio, arrestatio, supplicatio, ampliatio, comperendinatio, satisdatio, cautio, vendicatio, allegatio, replicatio, duplicatio, nuntiatio, conventio, reconventio, interventio, intentio, edictio, translatio, condictio, probatio, præsumsio, vadimonium, exactio, retractus, æstimatio, repræsentatio, protestatio, cambium, emtio, venditio, ductio, redhibitio, restitutio, locatio, conductio, oppignoratio, stipulatio, licitatio, exactio, criminatio, recriminatio, commercium, versura, negotiatio, pactum conventum, liga, fœdus, depositum, fidei commissum, legatum, donatum, commendatum, assignatum, usura, sors, fenus, anatocismus, naulum, stipes, feodum, arrha, sportula, minerval, merces, honorarium, mancissa, xenium, strena, instrumentum, libelli, diploma, libellus supplex, bulla, protocollum, syngrapha, apocha, breve, schedula, rotulus, testamentum, codicilli, collatio, donatio, præsentatio, mandatum, solutio, acceptilatio, societas, obligatio, compensatio, repræsale, revocatio, persecutio, cessio, resignatio, interpretatio, excusatio, delegatio, novatio, mancipatio, manumissio, subrogatio, substitutio, successio, addictio, sortitio, rejectio, subsortitio, jactitatio, laudatio, eremodicium, suffragium, prævaricatio, usucapio, usus & habitatio, usus fructus, ratum, irritum, inofficiosum, authenticum,

cum, apocryphum, canonicum, suppofititium, sycophantia, calumnia, &c.

Relata ex re militare.

Bellum, pax, induciæ, prælium, congressus, conflictus, obsidio, excubiæ, eruptio, velitatio, acies, receptus, exercitus, legio, cohors, manipulus, centuria, turma, agmen, expeditio, auxilia, subsidia, delectus, volones, adscriptitii, Imperator, legatus, præfectus castrorum, præfectus legionis, tribunus militum, centurio, optio, signifer, decurio, metator, fæcialis, primipila, principes, hastati, triarii, antesignani, levis armatura, ferentarii, sagitarii, funditores, balistarii, impedimenta, calones, tubicines, sclopetarii, equites, pedites, vigiles, tirones, emeriti, speculatores, desertores, transfugæ, hasta, scutum, clypeus, parma, pilum, gladius, lancea, tragula, jaculum, framea, pugio, sica, veruta, funda, arcus, sagitta, scipio, ferula, thyrsus, baculus, fustis, clava, scutica, contus, sclopetum, glandes, pulvis pyrius, tormenta, phalaricæ, catapultæ, balistæ, arietes, scorpii, testudines, musculi, petaurus, vineæ, plutei, cuniculi, malleoli, murices, victoria, clades, deditio, strages, supplicatio, triumphus, ovatio, spolia, trophæa, arcus triumphales, missio, vacatio, decimatio, &c.

Relata à liquorum habitudinibus.

Flos, cremor, fæces, hypostasis, sedimentum, coagulum, serum, stilla, stiria, spuma, &c.

Relata à corporum solidorum habitudinibus.

Partes corporum, &c. mica, pulvis, ramentum, scobs, offa, frustum, massa, cippus, merges, cento, tomaculum, prolixum, succinctum, ingens, vastum, minutum, paucum, numerosum, procerum, nanum, pumilum, augustum, amplum, &c.

Relata à simili, aut dissimili.

Prototypum, ectipum, vestigium, character, litera, ciphra, nota, sigla, signum, titulus, nomen, prænomen, cognomen, agnomen, insigne, imago, statua, simulacrum, pictura, icon, exemplar, typus, antitypum, monstrum, spectrum, pupa, icenographia, orthographia, scenographia, imbricatum, palmatum, echinatum, conchyliatum, plumatum, tessellatum, punctatum, calamistratum, undulatum, spicatum, &c.

Relata ab instrumentis ad rem rusticam spectantibus.

Falx, ligo, rastrum, securis, ventilabrum, vannus, aratrum, stiva, occa, sarculum, torcular, crates, cylindrus, pedum, furca, rutabulum, pilum, plaustrum, traha, vehiculum, carpentum, rota, axis, radius, modiolus, temo, jugum, vomis, rallum, tribula, cribrum, bipaltus, &c.

Relata ad rem fabrilem spectantia.

Malleus, cuneus, incus, dolabrum, ascia, culter, novacula, serra, scalprum, lima, forfex, forceps, follis, norma, circinus, libella, stilus, runca, tornus, machina, rolleno, haustrum, antlia, batillum, mola, subula, acus, penecillum, &c.

Relata ad rem textoriam spectantia.

Colus, fusus, pensum, stamen, subtegmen, filum, licium, pecten, radius, tela, verticillum, &c.

Instrumenta Musica.

Lyra, fides, organum, cymbalum, fistula, tibia, syrinx, chelys, buccina, lituus, tuba, tympanum, psalterium, nablium, phoniscus, &c.

Ad Medicinam spectantia.

Venenum, antidotum, alexipharmacum, causticum, narcoticum, opiatum, pepticum, carminativum, diureticum, lenitivum, salivatorium, bechicum, anelepricum, emeticum, catharticum, vesicatorium, sudorificum, cardiacum, nephriticum, &c. confectio, catapotium, conditum, decoctum, apozema, conserva, emplastrum, electuarium, eclegma, bolus, pilula, ceratum, julapium, infusum, lohoc, miva, oleum, unguentum, succus, syrupus, trochiscus, tabellæ, magisterium, tinctura, elixir, essentia, enemata, clysteres, cucurbitæ, &c.

Ad victum spectantia.

Cibus, potus, prandium, cœna, jentaculum, merend
opsonium, dimensum, panis, simila, pollen, amyl
scriblita, libum, placenta, mola, pasta, farrum. bellar
condimentum, intritum, coagulum, artocrea, artom
lon, salifcus, botulus, lucanica, crustula, minutal, jus
lum, gelatina, pulmentum, butyrum, caseus, ca
alla, cervisia, vinum, acetum, zythus, hydromel, m
stum, merum, defrutum, aquæ vitæ sive arden
pomaceum, assatum, frixum, coctum, elixum, cond
tum, tostum, salitum, crudum, &c.

A substantiis ducta, locorum varietates & humanum convictum spectantia.

Zona torrida, frigida, temperata, Europa, Asia, Afri
America, continens, insula, imperium, provincia, d
strictus, comitatus, civitas, colonia, rus, villa, pag
prædium, ager, silva, vivarium, hortus, pascuum, ne
mus, pomarium, pratum, ericetum, vinea, palus, lac
piscina, uligo, planities, convallis, mons, clivus, co
lis, ecclesia, basilica, sacrarium, palatium, domus, pr
torium, curia, ædes, consistorium, crypta, spelun
castellum, casa, turris, altare, adytum, chorus, ca
cancelle, via, semita, platea, vicus, angiportus, orchest
proscenium, podium, odeum, theatrum, amphithe
trum, circus, flumen, alveus, littus, fons, limes, ca
ceres, meta, margo, ripa, statio, trajectus, vadum, fa
res, brevia, sinus, æstuarium, arx, castra, stativa, pr
pugnaculum, fossa, agger, hyberna, puteus, forum, m
cellum, porta, hypocaustum, balneum, aquæduct
pons, pegma, latrina, sphæristerium, cella, aula, co
clave, cubiculum, cœnaculum, porticus, atrium, culi
penus, horreum, syrus, promtuarium, harus, cors, t
clinium, musæum, bibliotheca, ergastulum, prosti
lum, archiva, tabulatum, contignatio, sepes, macer
murus, impluvium, columna, trabs, tignus, perti
scandula, asser, ribicen, fulcrum, laquear, fornix, tectu
pavimentum, suggrundium, scalæ, ostium, valv
fenestra, limen, superliminare, laquear, tholus, foc
camin

caminus, lectus, grabbatum, cunæ, gynæceum, teges,
torca, lodix, tapes, peristroma, nidus, lustrum, culci
ta, pulvinar, sponda, mensa, cathedra, thronus, solium,
tribunal, sedile, catasta, scamnum, lucerna, candelabrum,
fax, lampas, sandapila, tumulus, sepulcrum, sarcopha
gus, urna, rheca, sacculus, mantica, vagina, pixis, ci
sta, abacus, scrinium, capsula, riscus, pluteus, armarium,
corbis, calathus, scutula, discus, patina, lanx, cisterna,
dolium, cadus, labrum, pelvis, pollubrum, poculum,
patula, lagena, cochlea, lebes, furnus, cacabus, ahenum,
catinus, paropsis, olla, siphon, epistomium, embolus,
sella, rheda, currus, lectica, navis, cymba, linter, rates,
scapha, lembus, celox, catascopium, liburnus, navis
prætoria, oneraria, myoparo, puppis, carina, gubernacu
lum, clavus, thalamus navis, scalmi, transtra, fori, ta
bernaculum, penetrale, malus, velum, carbasum, aca
ton, elacate, icrion, antennæ, carchesium, artemon,
epidromus, dolon, sentina, catastroma, supparum, ru
dentes, retinacula, anchora, aplustre, transennæ, saburra,
tolis, mesuria, hypera, mitræ, anquinæ, classis, clas
siarius, &c.

Quæ *supersunt*, à reliquis *Prædicamentis*, præ
sertim relativis, sequentibus petantur.

Series Relatorum.

Relatio.

In Rebus.		*In Personis.*
Realis.		Personalis.
Orta à Natura.		*Orta à moribus.*
Naturalis.		Civilis.
Æquiparantiæ.		*Disquiparantiæ.*
Amicus, Collega, &c.		Subditus. Dominus, Servus, &c.

PROPRIETATES.

Hic observandum, tradi *Proprietates* de *Relatis* potius quam Relatione.

1. *Relata* suscipiunt *Contrarietatem.*

Suscipere vero *Contrarietatem*, sumitur dupliciter.

1, *Per se*, ut *Accidentia* secundum contrariorum definitionem *opposita*, viz. Qualitates: nam suscipiunt τὴν ἐναντιότητα bini termini ad minimum, non unicus.

2. *Per Accidens*, ut ea quæ *fundamenti gratia* respectuve alio repugnant.

Relata igitur, quorum *Fundamenta Contraria* sunt, gratia eorum suscipiunt contrarietatem; nulla verò per se. V. g. *Similitudo* & *Dissimilitudo* contrariæ dici possunt, quia *Fundamenta* ipsarum, ut *Nigredo* & *Albedo*, *Calor* & *Frigus*, & similia, inter se *contrariantur*.

2. *Relata* suscipiunt *Intensionem* & *Remissionem*, ea scil. in quibus reperitur *contrarietas*: suscipiunt verò non *per se*, sed *per Accidens*, eo sensu quo etiam suscipiunt *Contrarietatem*.

Notandum verò est, *Relata* non semper intendi intenso *Fundamento* aut *remitti* eo remisso; sed aliquando *remitti Relationem* fundamento *intenso*, intendique illo remisso. Duarum enim *Albedinum*, quarum una *magis albescit* remissa candidiore, relatio intenditur *similitudinis*: intensâ autem alterâ albedinum, quæ æque *albescunt*, remittitur Relatio *Similitudinis*. Utrinque tamen *Similitudo* sumit intensionem suam aut remissionem à *Fundamento*, quamvis inverso ordine.

3. Re-

3. *Relata* dicuntur ad *convertentiam*, i. e. Relata omnia reciprocantur, in *casu obliquo*; viz. *Pater* Filii Pater, Filius *Patris* Filius. Differunt itaque hæc tria, *Conversio*, quæ est *transpositio* vocum *complexarum* sive propositionum, de qua infra part 2. *Convertibilitas*, quæ est *reciprocatio* vocum *Simplicium* in *recto* casu, *Convertentia*, quæ est *reciprocatio obliqua*. Animadverte Relatorum alia aptis vocibus explicari, alia ineptis. *Reciprocantur* Relata quorum nomina idonea; & si idonea nedum obtineant, fingere opus. Ita *Caput* dicitur *capitati caput*, non Animalis: non enim animal & caput, sed caput & capitatum reciprocantur.

4. *Relata* sunt *simul* quoad Naturam. i. e. reciprocantur & neutrum est *causa* alterius.

Reciprocari Relata modo ostensum est. Neutrum etiam esse alterius *causam*, patet ex Theoremate quinto præcedente, ubi dictum est non *Terminum*, sed *Habitudinem* ad Terminum dare essentiam relationi, sive Relato. Causæ enim Relatorum tantum fundamenta sunt.

Relata sumi possunt dupliciter.

1. *Materialiter* pro rebus.

2. *Formaliter*, pro rerum respectu mutuo.

Non est necesse Relata materialiter sed *formaliter* accepta tantum esse *simul* quoad Naturam; *Pater* enim quà *Homo*, Filio est *antiquior*; quà *Pater*, *coævus*, unaque coëxistens est. Quoniam igitur Relata formaliter sumta simul sunt, itaque ex positione aut remotione unius, removetur aut ponitur alterum.

5. Rela-

5. *Relatorum* uno *cognito* cognoscitur alterum. Adhibetur enim utrumque in definitione alterius; non tamen quasi *differentia* aut *Genus*, quia neutrum causa alterius est, sed ut *Terminus*, non pars essentiæ. Itaque *Definitionem* Entis *Relativi*, non modo *Genus* & *Differentia*, sed *Terminus* etiam conficiunt: V. g. in definitione Patris, Filius, in Filii definitione, Pater assumitur: neque tamen *circulo* in ejusmodi definitionibus peccatur, neque definitio est nugatoria; quia tunc solum id fit, quando ignotum per ignotius aut æque ignotum definitur.

9. *Relatio* non potest *sensu* percipi, terminorum enim comparatio rationis opus est.

7. *Relatio* est Ens *minimæ Entitatis*, quæ plurimum suo fundamento debet acceptum.

ACTIO.

POSTERIORA sex *Prædicamenta*, quorum Seriem tam brevi filo *Aristoteles* contexuit, ut *præteriisse* magis quam *elucidasse* fuisse visus, videntur esse *Relata* secundum *Dici*, quæ Naturam absolutam respectumque superadditum unà connotant: quod luculentius singulorum ordine explicata tandem reddent. Præcedit *Actionis* Categoria reliquas quinque Prioritate *dignitatis*; quia *Substantiam* magis, aut cum varietate majore *perficit*.

Actio definiri potest dupliciter,

1. *Logice*, quod est *Accidens* denominans *Subjectum agens*; sive *Accidens* à quo *Subjectum* dicitur *agere* in id quod patitur.

2. *Physice*, quod est *Effectus* quatenus fluit ab *Agente*. Utramque *Definitionem* expendere oportet; ab earum enim enodatione *Natura* Actionis satis constabit.

Denominatio est duplex.

1. *Extrinseca*, quando denominans *non inest* Subjecto Denominato; ut virorum illustrium fama.

2. *Intrinseca*, quando denominans *inhæret* Subjecto denominato; ut eruditi doctrina.

Actio denominat *extrinsece*, quia non inest Agenti, sed ab ipso fluit. Realiter quidem *dependet* ab agente, non *inhæsive*: neque enim necesse est omne Accidens strictè loquendo inhærere, sed satis est si dependeat à Subjecto. Dicitur *denominare* Subjectum *agens*, quia ratio actionis est *Forma adveniens* Subjecto, sive fluxus effecti. Itaque Actio *Potentiam* reducit in *opus*, ipsamque indifferentiam *determinat*, & ex illâ determinatione denominat Agens.

Dicitur *denominare Subjectum*, quia licet Actio denominat *Potentiam* activam, insuper tamen denominat Subjectum. *Potentia* est quasi *conditio* agendi; *subjectum* verò sive Agens, est causa.

Effectus sumi potest,

1. *Absolute*, ut Res in fieri.

2. *Relative*; idque vel quatenus *receptus* in Patiente, vel *dependens* ab Agente.

Effectus quatenus *res*, potest esse *Substantia*, *Quan-*

Quantitas, *Qualitas*, &c. quatenus in *fieri* Motus: quatenus in Patiente *receptus*, *passio* quatenus *dependens* ab Agente, *Actio*. *Modus*, est quo Effectus exit ab Agente. *Modus*, non absolutus, entitalve superveniens Effectui; sed ipse *Effectus*, ea ratione acceptus, quâ *migrabat* ab Agente. Non itaque *Actio distincta* est ab effectu *materialiter*, sed *formaliter*; utrumque dependet ab Agente, *Actio* per se solam, Effectus per Actionem.

Ex *Definitionis* utriusque *explicatione*, primo innotescunt *duo conceptus*, qui Naturam Actionis consummant; alter *absolutus*, viz. *Effectus*; alter *relativus*, viz. *Habitudo* ad *Agentem*. Quippe est Effectus in habitudine ad *Agentem*, ideoque *Relatio* (ut dictum est) secundum dici.

Innotescunt hinc quatuor ad Actionem pertinentia.

1. Agens à quo manat.
2. Patiens in quod tendit.
3. Tendentia sive Processus.
4. Terminus sive effectus.

Actio est duplex. 1. *Immanens*. 2. *Transiens*.

1. Actio *Immanens* est Accidens per quod Effectus ab Agente fluens *ad ipsum* terminatur. Dicitur *Immanens*, quia effectus immanet Agenti; proinde idem vario respectu est *Agens*, quatenus *emittit* Effectum, & *Patiens*, quatenus *recipit*. Ad actionem itaque *immanentem* requiritur *Agens* & *Patiens distinctum* solum *formaliter*.

Acti-

Actio *immanens* est triplex; aut nempe *Animæ Vegetativæ*, ut *Nutritio*, &c. aut *Sensitivæ*, ut *Sensatio*, &c. aut demum *Rationalis*, ut *intellectio*, &c.

2. *Actio Transiens* est Accidens per quod Effectus ab *Agente migrat* in Subjectum distinctum. Dicitur *Transiens*, quia Effectus ab Agente *transit*.

Ad actionem itaque transeuntem Patiens ab Agente distinctum requiritur, distinctum quidem realiter.

Actio *Transiens* est duplex.

1. Corporis *Simplicis*, ut ignis *calefactio*, &c.
2. *Misti*, ut viventis *nutritio*, &c.

Notandum, quod cum *Actio* sit tantum *vis Agentis* in *Passum*; *vis* autem omnis *absolute* considerata *Qualitati* accenseatur, quatenus autem *Passum* respicit, sit *Relatio*: præter ea quæ in duabus istis *Categoriis* habentur, *Actioni* nihil fere relinquetur. Utcunque ne præstituta methodo desimus; hujus etiam *Categoriæ* Schematismum aliquale instituemus.

Actiones potestativæ.

Creare, annihilare, dominari, imperare, regere, moderari, mandare, jubere, gubernare, servare, liberare, redimere, tueri, juvare, promovere, protegere, mederi, opitulari, adesse, sublevare, fulcire, [illegible]ere, destruere, demoliri, è medio tollere, abolere, extinguere, confodere, occidere, interimere, necare, corrumpere, percellere, consumere, confundere, dissolvere, spoliare, exauctorare, subruere, exterminare, eradicare, expellere, relegare, proscribere, [illegible]quere, vexare, dereliuquere, destituere, deserere, [illegible], domare, nocere, vetare, prohibere, impedire, intercedere, &c.

Quibus

Quibus subjungenda quæ in Categoriâ rel
tionis, in medium producta de Relatis
necessitudine, & statu naturali & civili.

Actiones intellectuales.

Intelligere, cogitare, meditari, revolvere, rumi
re, contemplari, elucubrare, considerare, indagare,
minare, scrutari, investigare, discutere, ratiocina
inferre, conferre, concludere, disceptare, redargue
refutare, expetere, eligere, præferre, conferre,
parare, tentare, assentiri, refragari, dissentire, di
cordare, opinari, hærere, dubitare, cognoscere, susp
cari, conjicere, hariolari, divinare, admittere, sup
nere, reputare, observare, animadvertere, attend
notare, quærere, inquirere, admirari, &c. Quib
addenda quæ superius allata in censu hab
tuum intellectualium, & habitudinum anim

Actiones affectivæ animæ.

Amare, diligere, odisse, desiderare, aversari, s
rare, metuere, confidere, præsumere, credere, suspi
diffidere, desperare, gaudere, lætari, exultare, dole
tristari, gratiam habere, ἀχαριστεῖν, irasci, effer
pudere, ἀναισχυντεῖν, gloriari, pœnitere, miseresc
obdurari, invidere, æmulari, indignari, solicitari, rever
contemnere, fastidire, zelare, conscire, gestire, cup
declinare, evitare, velle, nolle, petere, expectare, &c.

His accedunt quæ de habitibus moralib
& eorundem adjunctis, nec non relatis,
pietatis muniis dicta sunt.

Actiones motum implicantes, & earum contrar.

Ire, transire, adire, abire, obire, redire, præterire, p
gere, circumire, transmittere, penetrare, manere, reside
habitare, accedere, recedere, retrocedere, succedere, c
re, appellere, occurrere, accurrere, advenire, pr
nire, convenire, frequentare, confluere, congr
regredi, progredi, transgredi, volare, scandere,
rere, ascendere, descendere, conscendere, claudi
fluctuare, urinare, natare, navigare, mergere, emerg
subside

subsidere. subsilire. saltare. repere. ambulare. gradiri.
ivaricari.. vacillare. titubare. cespitare. præcipitare.
uere. equitare. festinare. tardare. fugere. aufugere.
ducere. educere. manuducere. anticipare. prævenire.
rotrahere. protelare. moras nectere. ampliare. pe-
endinare, &c. quo etiam spectant. quæ in relatis mo-
um concernentibus adducebantur.

Actiones ex vi corporeâ.

Portare. gerere. onerare. premere. projicere. concu-
ere. agitare. vibrare. verrere. volutare. rotare. circum-
yrare. percutere. ferire. collidere. elidere. calcare. a-
ietare. comminuere. cædere. frangere. lacerare. discer-
ere. scindere. discindere. jaculari. luctari. rumpere.
rahere distrahere. pellere. trudere. luxare. stringere.
gere. findere. fundere. ciere. tollere. vehere. depri-
nere. librare. inclinare. constipare. plectere. flectere
ectere. solvere. copulare. ligare. conglutinare. com
ogere. intricare. explicare. glomerare. aperire. re-
erare. claudere. obserare. tegere. nudare. colligere.
issipare. spargere. accumulare. extendere. implere. far-
ire. evacuare. distribuere. congregare. segregare. par-
iri. unire, &c. Quibus adnectenda, quæ de habitudi-
ibus corporeis dicta superius, nec non quæ in relatis ex
e militari congerebantur.

Actiones vitam civilem concernentes.

Obtinere. frustrari. permittere. concedere. venerari.
isitare. invisere. colere. opperire. comitari. deducere.
amulari. stipare. invitare. salutare. convenire. valedi-
ere. confabulari. compellare. tractare. loqui. perora-
e. rhetoricari. obmutescere. silere. balbutire. blæse
oqui. clamare. legere. cantare. modulari. dictare. scri-
ere. exscribere. describere. imprimere. interscribere
perscribere. mensurare. metiri, &c.

Istis accedunt, quæ in relatis ex re civili af-
ferebantur.

Motus corporei, affectus signantes.

Inhiare. annuere. renuere. aspirare. respuere. oculos
ntendere. limis oculis aspicere. connivere. conquini-
cere. ridere. arridere. irridere. cachinnos movere. fron-

tem caperare. rubore suffundi. assurgere. mulcere. pal-pare, plaudere. applaudere. pandiculare. oscitare. tre-mere. hiscere. rigescere. sibilare. palpitare. rictum de-ducere. naso suspendere. gemere. singultire. frendere. ringere. murmurare. tremere. scapulas attollere. digi-to monstrare. cevere. adstare. apprehendere. osculari, adorare. genuflectere. tergiversari, &c.

His adnectenda quæ de potentiis naturalibus prius allata.

Actiones animales & sensitivæ.

Gignere, propagare, vivificare, producere, germinare, crescere, tumere, turgescere, impraegnare, comprimere, superfœtare, pascere, incubare, lactare, sugere, alere, nutrire, parturire, eniti, abortum facere, coire, fove-re, sternutare, crepere, sudare, transpirare, spuere, na-sum emungere, tussire, excreare, mingere, vomere, e-surire, devorare, sorbere, pitissare, delibare, edere, bi-bere, sitire, mandere, perpotare, ingurgitare, dormire, dormitare, stertere, somniare, flare, spirare, dolere, ti-tillare, pungere, prurire, vellicare, tinnire, scalpere, scabere, fricare, masticare, ruminare, lingere, degluti-re, vivere, emori, ægrotare, convalescere, &c.

Huc etiam faciunt quæ de habitudinibus cor-poreis superius dicta sunt.

Actiones affectivæ corporis.

Ardere, flagrare, urere, torrere, algere, frigescere, tepescere, fervescere, arescere, humectare, madescere, fluere, liquescere, halare, putere, rancere, olere, ni-grescere, canescere, &c.

Quibus accedunt quæ ad patibiles qualitates & passionem pertinent.

Actiones artificiosæ.

Sculpere, tornare, tingere, crispare, pingere, fucare, polire, lævigare, conglutinare, cudere, dedolare, ton-dere, glubere, comere, radere, verrere, mundare, pur-gare, macerare, digerere, cribrare, dissolvere, lique-facere

cere, coagulare, congelare, corrodere, præcipitare, perco-lare, filtrare, apricare, insolare, fermentare, destillare, circu-lare, rectificare, cohobare, sublimare, calcinare, lixi-viare, decantare, stratificare, plantare, colere, serere, metere, ventilare, inserere, pampinare, depsere, subi-gere, farcire, &c.

Huc faciunt relata de instrumentis artium; nec non quæ rem medicam victumque concer-nunt, &c.

Series Actionis.

Actio.

rincipium pro-ductivum effecti extra se habens.

Violenta.

uæ extra agens igrat.

Transiens.

tra.

Intuitio. Amor & siquis alius actus mentis Angelicæ.

imati vegetantis.

Vegetatio.

ntientis sine tionis usu.

Appetitio.

Fuga.

Principium pro-ductivum effecti intra se habens.

Naturalis.

Quæ extra agens non migrat.

Immanens.

Cum habitudine ad Corpus.

Vitalis.

Animati sentientis.

Perceptio.

Sentientis cum rationis usu.

Intellectio.

Volitio. Aversatio.

PROPRIETATES.

1. *Actio inhæsive* in Subjecto *nullo est*. Non Agente, quia ab illo exit; non Patiente, quia quicquid illi inest, Passio est. *Dependet* igitur, non inhæret, quod jamjam ostensum est.

2. *Actio* suscipit *Contraria*.

3. *Actio* suscipit *magis* aut *minus*, utrumque non *per se*, sed gratiâ *Terminorum*. Verbi gratia, Calefactio & Frigefactio sunt contraria, quatenus illarum Termini, calor & frigus contrariantur.

PASSIO.

ACTIONIS seriem *passionis* series proxima subsequitur, non magis *Naturæ* quam *Aristotelis* methodo; Quippe Actionis Passio affinis & comes perpetua. Utriusvis rationem qui rectè novit, ambas noverit.

Passio definiri potest.

1. *Logice*, quod est *Accidens* quod *denominat* Subjectum *Patiens*; vel

2. *Physice*, quod est *Effectus* quatenus in Patiente *receptus*.

Denominat vero intrinsicè, non extrinsicè, *inhæret* enim *Passio*, non solummodò *dependet* à Patiente.

Dicitur denominare *Subjectum Patiens*: Actio enim *Effectusve* non potest *denominare* Subjectum *Patiens*.

N

Non *Actio*,

1. Quia non Subjecto eidem inest.

2. Quia præcise sumta nullum respectum connotat ad illud, imo denominat subjectum aliud, sc. Agens, ut supra probatum.

Non *effectus*,

1. Quia *prioritate Naturæ* Subjectum *Patiens* est absque consideratione Effectus: si enim formalem conceptum utriusque præscindas, receptio Effectus inest Subjecto antequam Effectus; *receptio* enim est ratio introducendi Effectus.

2. Quia *Effectus* ratione *absolutâ* non relativa, v.g. *calor effectus calefactionis*, denominat Subjectum *calidum*, non *Patiens* Caloris. Quoniam *Passio* consit ex respectu sub-Effectum.

Dicitur autem *Passio effectus* non *formaliter* sed *materialiter*; utrumque est eadem *Res*; *Passio* verò *modum* superaddit, nempe *Receptionem*: ideoque dicitur Effectus quatenus receptus. *Passio* enim est *forma* per quam Subjectum *recipit* Effectum; *Recipit* (inquam) non *retinet*, quia Receptio non retentio est *Passio*. Receptio & Effectus insunt Patienti; *Effectus* per receptionem, *Hæc* per se solam. Si enim receptio per aliud reciperetur, infinitus processus esset.

Ex *Definitionis* utriusque explicatione, constat *Passionem* non esse *distinctam* ab *Effectu*, sed ipsum esse cum *Connotatione* Patientis. Est igitur *Passio Absolutum* Accidens, quatenus *Effectum* dicit; *Relativum*, quatenus dicit *Connotationem* Patientis: Utroque modo sumta, Relatio est (ut dictum) secundum Dici.

Proprietates.

1. *Actio inhæsive* in Subjecto *nullo est*. Non Agente, quia ab illo exit; non Patiente, quia quicquid illi inest, Passio est. *Dependet* igitur, non inhæret, quod jamjam ostensum est.

2. *Actio* suscipit *Contraria*.

3. *Actio* suscipit *magis* aut *minus*; utrumque non *per se*, sed gratiâ *Terminorum*. Verbi gratia, Calefactio & Frigefactio sunt contraria, quatenus illarum Termini, calor & frigus, contrariantur.

PASSIO.

ACtionis seriem *passionis* series proxima subsequitur, non magis *Naturæ* quam *Aristotelis* methodo; Quippe Actionis Passio affinis & comes perpetua. Utriusvis rationem qui recte novit, ambas noverit.

Passio definiri potest.

1. *Logice*, quod est *Accidens* quod *denominat* Subjectum *Patiens*; vel

2. *Physice*, quod est *Effectus* quatenus in Patiente *receptus*.

Denominat vero intrinsicè, non extrinsicè; *inhæret* enim *Passio*, non solummodò *dependet* Patiente.

Dicitur denominare *Subjectum Patiens*: Actio enim *Effectusve* non potest *denominare* Subjectum *Patiens*.

Non *Actio*,

1. Quia non Subjecto eidem inest.

2. Quia præcise sumta nullum respectum connotat ad illud, imo denominat subjectum aliud, sc. Agens, ut supra probatum.

Non *effectus*,

1. Quia *prioritate Naturæ* Subjectum *Patiens* est absque consideratione Effectus: si enim formalem conceptum utriusque præscindas, receptio Effectus inest Subjecto antequam Effectus; *receptio* enim est ratio introducendi Effectus.

2. Quia *Effectus* ratione *absolutâ* non relativa, v.g. *calor effectus calefactionis*, denominat Subjectum *calidum*, non *Patiens* Caloris. Quoniam *Passio* consist ex respectu sub-Effectum.

Dicitur autem *Passio effectus* non *formaliter* sed *materialiter*; utrumque est eadem *Res*; *Passio* verò *modum* superaddit, nempè *Receptionem*: ideoque dicitur Effectus quatenus receptus. *Passio* enim est *forma* per quam Subjectum *recipit Effectum*; *Recipit* (inquam) non *retinet*, quia *receptio* non retentio est *Passio*. Receptio & Effectus insunt Patienti; *Effectus* per receptionem, *Hæc* per se solam. Si enim receptio per aliud reciperetur, infinitus processus esset.

Ex *Definitionis* utriusque explicatione, constat *Passionem* non esse *distinctam* ab *Effectu*, sed ipsum esse cum *Connotatione* Patientis. Est igitur *Passio Absolutum* Accidens, quatenus *Effectum* dicit; *Relativum*, quatenus dicit *Connotationem* Patientis: Utroque modo sumta, Relatio est (ut dictum) secundum Dici.

Passio est duplex.

1. *Intentionalis*, quæ respondet Actioni *immanenti*.

2. *Transmutativa*, quæ respondet *Transeunti* Actioni.

1. *Passio intentionalis* est Receptio Effectus in *Subjecto* eodem a quo effectus manavit. Hujusmodi passio est animæ, non corporis.

Passio transmutativa est receptio effectus in *Subjecto*, quod ab agente *distat*, aut distinguitur. Hæc propriè dicta Passio est, utpote quæ sensibilem mutationem introducit subjecto.

Utriusque ulterior distributio ex serie *Actionis* depromenda. Passio etenim non differt ab Actione realiter, quia ambæ sunt modi ejusdem rei; sed differt formaliter per conceptum diversum, quia *Actio* respicit *Agens*, *Passio* verò *Patiens*: illa est *Effectus* quà *fluens*, hæc est Effectus quà *receptus*. Proinde variam utraque *Definitionem*, variamque *Seriem* constituit.

Passio (quemadmodum Actio) suscipit *Contrarietatem*, *Intentionem* vel *Remissionem* per *Accidens*, non *per se*.

Non verò *Actio* aut *Passio* omnis, sed hæ solum quarum Effectus sunt *Qualitates* contrariæ.

U B I.

PAssionis Categoriam sequitur Prædicamentum *Ubi*, quod tamen *Aristoteles* ex *Pythagoræorum* opinione, non suâ recensuit.

Ubi est *Accidens* per quod *Substantia* dicitur esse *præsens* in Loco. Essentia itaque ipsius est *Præsentia*. *Ubi* est quid reale, quia est terminus

nus sive *Effectus* motus *Localis*. Præsentia enim seu nova rerum vicinia acquiritur per motum Localem.

Ubi est duplex.

Definitivum & *Circumscriptivum*.

Ubi *definitivum* est *Præsentia* in *Spatio*; *Circumscriptivum* in *loco*.

Angelus est in spatio *Definitive*, id est ità ut sit *hic* non *illic*; non enim potest esse in alio atque in alio spatio in eodem instanti temporis, quia non est infinitæ essentiæ. Illud autem quod est in loco circumscriptivè, est Corpus naturale.

Ubi ut sumitur pro intrinseca determinatione rei finitæ est quid *absolutum*, ut sumitur in ordine ad *Locum*, est quid *Relativum* (ut dictum est) *secundum dici*: quare etiam *habitudines* illuc spectantes exinde petendæ sunt; speciatim ab iis quæ ad *locum* pertinent.

Series Ubi.

Ubi.

Substantiæ infinitæ. Repletivum.	*Substantiæ Finitæ.* Definitivum.
Incorporeæ. Solummodo Definitivum.	*Corporeæ.* Definitivum & circumscriptivum.
Cœli supremi omnia ambientis. Circumscriptivum aptitudinaliter.	*Corporum inferiorum.* Circumscriptivum actualiter.

PRO-

PROPRIETATES UBI.

1. *Ubi* non est *Locus*, sed esse in *Loco*.
2. *Ubi* est esse in *Loco toto*, non parte.
3. *Ubi* non habet *Contrarium*.
4. Nec *Intenditur*, nec *remittitur*.
5. Omne *Corpus* est in *Loco Determinato*.
6. Omnis *Spiritus* finitus est in Loco *definitive*.
7. *Deus* est in Loco *repletive*.

SITUS.

Situs est *Positio partium* in Toto & in ordine ad *Locum*.

Est autem duplex.

Rectus; & est erecta Partium positio, ut *statio* Hominis.

Curvus, & est inflexa partium dispositio, ut Hominis ingeniculi.

Differt *situs* ab *Ubi* in hoc, quod *Ubi* est Locatio *Totius*, *Situs* est ordinatio *Partium* Totius in Loco. *Ubi* est *Simpliciter* esse in *Loco*; *Situs* secundum *partium adaptationem*: proinde variam utrumque Seriem constituit.

Situs ut sumitur pro *positione* partium in Loco, est quid *absolutum*; ut sumitur pro *ordine* istarum *Partium* ad partes Loci, est quid *relativum*; & proinde relatio secundum dici.

Habitudines situm respicientes.

Erectum, inclinatum, reclinatum, expansum, complicatum, extensum, pendulum, cadens, præcipitatum, scandens, stans, ambulans, currens, volans, natans, repens, sedens, cubans, cubitis innixum, genuflexum, retrogradum, viceversum, inversum, conversum, transversum, pronum, supinum, resupinum, &c.

Series situs.

Situs.

Positio partium recta.		*Positio partium prona.*
Statio.	Inclinatio.	*Partialis.*
Totalis.		
Prostratio.	Incurvatio.	*Quietis Motusve secundarii.*
Honoris ergo.		
Genuflexio.	Sessio.	

PROPRIETATES.

1. Ex *situ* aliquid dicitur esse *Situm*, sive secundum partes sui in loco ordinatum dispositumque.
2. Non habet *Contrarium*.
3. Non recipit *magis & minus*.
4. *Convenit* tantum rebus *Corporeis*.

QUANDO.

Quando est *Duratio* uniuscujusque rei in *Existendo*.

Dicitur *duratio*, quæ est ratio formalis hujus Prædicamenti, *Negatio* interitus, seu potius positiva *permanentia* in *existendo*. Aliud enim est *existere*, sive poni extra Causas, aliud vero *perseverare* in existendo. Differunt itaque *existentia* & *Duratio formaliter*, quia hæc præsupponit illam; non vero realiter, quia duratio non superaddit aliquid reale Existentiæ.

Est autem triplex *Quando*, *Momentaneum*, *Temporaneum*, *Æviternum*.

1. Quando *momentaneum* non potest esse in *Prædicamento*, quia sic se habet *Momentum* ad *Tempus*, ut *Punctum* ad *Lineam*.

2. Quando *Æviternum* discluditur, quia non competit corporibus.

3. Proinde *Quando temporaneum* constituit hoc *prædicamentum*. Quatenus ipsam significat durationem, *Quando* est quid *absolutum*; ut refertur ad *rem Temporalem* est quid *Relativum*: adeoque *Relatio* secundum *dici*.

Quando dividitur in *Præsens*, *Præteritum*, & *Futurum*.

Habitudines ad Quando spectantes.

Ab orbe condito. à diluvio. ab epocha Chaldaica. ab initio regni Assyriaci. ab Inacho rege. à Cecrope. ab exodo Israelitica. à Trojæ excidio. à regno *Davidis*. ab *Astyagis* initio. ab olympiade prima. ab Urbe condita, sive Romæ initio. ab epocha *Nabonassaris*. à captivitate Babylonica. à Cyri initio. à regifugio. à Pugna Marathonia. à pugna Salaminia. ab initio belli Peloponesiaci. à pugna ad Gaugamela. ab initio periodi Calippicæ. ab epocha *Seleucidarum*. ab epocha Antiochena. ab epocha *Juliana*. ab æra Hispanica. à nativitate Domini. à templi excidio. ab æra martyrum. à concilio Niceno. ab encæniis Constantinop. ab epocha Hegiræ. ab epocha Yesdeired. ab epocha Jellalæam. His accedunt sequiorum temporum epochæ cuilibet regno & populo peculiares; quales apud nos Heptarchia Saxonum. invasio Danorum. conquisitio Normannica. Britanniarum Unio. restitutio Carolina, *&c.* Quibus addendæ periodi breviores in communi usu receptæ, ut ante, aut post seculum. lustrum. annum. mensem. diem. horam. hodie. heri. perendie. nudius tertius. pridie. cras. olim. mane. meridie. vesperi. ad conticinium. ad gallicinium. crepusculum. autumno. hieme. vere. æstate. infantia. juventute. senectute. pubertate. quotidie. deinceps. principio. aliquando. tandem. tandem aliquando. mature. sero. nunquam. jam. modo. statim. extemplo, &c.

Series Quando.

Quando.

Respectu temporis existentis.		Respectu temporis non existentis.
Nunc		Olim.
Futurum.		*Præteritum.*
Post seculum, annum, mensem, diem, horam, &c.		Ante seculum, annum, mensem, diem, horam, &c.

PROPRIETATES QUANDO.

1. Ex *Quando* Subjectum dicitur esse in *Tempore*.
2. Non est *Tempus*, sed esse in *Tempore*.
3. Non habet *Contrarium*.
4. Non suscipit *magis* aut *minus*.

HABITUS.

Habitus est *Accidens* proveniens ab *Applicatione vestis* ad vestitum. Ut simpliciter sumitur pro *veste*, est quid *absolutum*; ut ab *applicatione* ejus ad Vestitum, *relativum*, adeoque *Relatio* secundum *Dici*.

Ad

Ad habitum pertinentia.

Vestis, vestitus, mundus muliebris, pannus, byss… linteum, sericum, filum, multicium, galerus, pileu… galericulum, caliendrum, spira. vitta, peplum, co… re, manuale, indusium, subucula, diplois, manica, … bula, tunica, femoralia, braccæ, ligulæ, cingulum, … bria, instita, prætexta, latusclavus, angusticlavus, … ga, pallium, penula, tunica, lacerna, stola, chiroth… ca, tibiale, fascium, calceus, corrigia, ocrea, calc… crepida, socci, cothurnus, sagum, chlamys, paludame… tum, galea, cassis, lorica, abolla, ricinum, læna, … ficium, byrrus, lacerna, trabea, palla, calantica, larv… persona. corona, corona obsidionalis, civica, murali… castrensis, navalis, diadema, tiara, phaleræ, torques, … milla, monilia, inauris, bractea, cingulum milit… balteus, infulæ, mitra, cucullus, leripippium, epho… superhumerale, dalmatica, capa, caputium, amic… alba, superpelliceum, stola, manipulus, orarium, … la, planeta, mandya, pluviale, &c.

Series Habitus.

Habitus.

Militaris. Arma.
Decoris. Ornamentum.
Internum. Camisia, Interula, &c.

Vestis.
Tegumentum.
Pallium, Toga, Pileus, &c.

Civi…
Necessit…
Extern…

PROPRIETATES HABITUS.

1. Ex *Habitu* dicitur Subjectum vestitum.
2. Non habet *Contrarium*.
3. Non suscipit *magis* aut *minus*.

POS…

POST-PRÆDICAMENTA.

Post-Prædicamentum est Documentum à parte *posteriori* conducens ad cognitionem *Prædicamentorum*, nempe ostendendo quomodo inter se conveniant, & differant.

Post prædicamenta sunt quinque, viz. *Modi*

1. *Oppositorum.*
2. *Prioris.*
3. *Simul.*
4. *Modi Habendi.*
5. *Motus.*

MODI OPPOSITORUM.

Ut autem modi *Oppositorum* melius intelligantur præmittenda explicatio *Distinctionis.* *Distinctum* dicitur quicquid ab alio quovis modo differt.

Distinctio autem est duplex.

1. *Rei.*
2. *Rationis.*

Hæc etiam est duplex.

1. *Rationis Ratiocinantis.*
2. *Rationis Ratiocinatæ.*

1. *Distinctio* Rationis *ratiocinantis* est separatio rei unius à *seipsa*, nullo existente *fundamento* extra intellectum, ut *Tullii* à *Cicerone*.

2. *Distinctio* Rationis *Ratiocinatæ*, est *separatio* rei unius à seipsa dato separandi *fundamento*. Ut Lucis à potentia illuminativa & calefactiva. Hæc autem *distinctio* dicitur distinctio *Formalis*, sive ex natura rei.

Distinctio Rei est separatio *rei* à *re*: estque duplex.

1. *Diversitas*, quæ est *Distinctio* per quam duæ res differunt *Natura* & *Essentia*, licet *non Subjecto*. Ut Quantitas & Qualitas.

2. *Oppositio*, quæ est *Distinctio* per quam duæ res differunt *Natura* & *Subjecto*, capaci quidem utriusque successive. Vel est *Repugnantia* duorum *Terminorum* simplicium respectu ejusdem *Subjecti*.

Estque duplex.

1. *Positiva*, quæ est distinctio inter duos aut plures terminos *positivos*.

2. *Negativa*, quæ est distinctio inter binos terminos quorum unus est *negativus*.

Oppositio positiva est duplex.

1. *Relativa*, inter Terminos *relativos*.

2. *Contraria*, quæ est Repugnantia formarum Accidentalium, adeoque accidit inter Terminos *absolutos*.

Oppositio negativa est duplex.

1. *Privativa*, quæ est inter duos Terminos quorum alter est *privatio* alterius. Ut Lux & Tenebræ.

2. *Contradictoria*, quæ est inter duos Terminos quorum alter est *negatio* alterius, ut homo & non-homo.

Privativa autem sunt duplicia.

1. Quæ tollunt tantum *Actum*, non potentiam. Ut Lux & Tenebræ, & dicuntur *Partialia*.

2. Quæ tollunt *Actum* & *Potentiam*, proximam scilicet seu organicam. Ut cæcitas, & dicuntur *Totalia*.

A privatione tollente *Actum* tantum, ad *Habitum* potest dari *regressus*, sed à tollente *Actum* & *Potentiam* non datur *regressus*; id est ad eundem vel numero, vel specie habitum, virtute puta naturali.

Notandum quod differunt *Privatio* & *Negatio*, quia *privatio* connotat subjectum ejusque aptitudinem, *Negatio* non item; Privatio enim est absentia illius quod aptum erat inesse, Negatio illius quod aptum *non* erat; *materialiter* itaque differunt, non *formaliter*.

Adnotanda de Relative Oppositis.

1. *Relata* omnia tam secundum *dici*, quam secundum *Esse*, sunt *relative opposita*. Alia autem ratione & respectu *Relata* sunt *Opposita*, alia sunt *Relata*. Sunt *Relata* quatenus mutuo à se dependent; sunt relative *Opposita* quatenus inter se differunt, & unum tollit alterum.

2. *Relata* non se *destruunt* ac tollunt, ut alterum *non sit*, sed ut non sit in *eodem Subjecto*; nam ponunt se in diversis, destruunt se in eodem. ...r idem non est Pater & Filius istius Patris.

3. Pater & Filius ut & omnia alia *Relata* & *Correlata*, non *opponuntur*, nisi *eodem respectu* sumantur. Pater igitur Johannis & Filius Petri non opponuntur.

Adnotanda de adverse Oppositis.

Contraria adversa sunt *Accidentia* (ut prius definiebantur) posita sub eodem *Genere*, quæ maxime distant, & se mutuo pellunt ab eodem subjecto in quo vicissim insunt.

1. Dicuntur *accidentia*; unde excludunt Differentiæ *substantiales*, & omnia *Privantia* quæ non sunt Entia positiva. Ubi *notandum* quod duo requiruntur ut Accidentia sint contraria.

1. Ut sint *Positiva*.

2. Ut sint Entia *Absoluta*.

2. Dicuntur poni *sub eodem Genere*, quia quæ sunt in diversis *Prædicamentis* non sunt adversa Contraria.

3. Dicuntur *maxime à se distare*, id est non gradu sed *forma*. Nam calor in remisso gradu & frigus in remisso gradu sunt *contraria*, sed non maxime distant quoad Gradum. Notandum autem hic quod *Distantia* est duplex,

1. *Positiva*, quæ est inter *duo Entia*.

2. *Negativa*, inter *Ens* & *non-Ens*, vel inter *duo non-Entia*.

Inter Accidentia *contrarie opposita* datur maxima *distantia positiva*. Inter *Entia contradictoria* datur maxima *distantia negativa*.

4. Dicuntur *expellere se ab eodem Subjecto*, quia quæ simul insunt, non sunt adversa; sed hoc de *contrariis* præsertim in *intenso gradu* profertur; nam in *remisso* gradu *simul* inesse possunt, ut in mistis inest Calor & Frigus, licet non sine pugna.

5. Dicuntur inesse *eidem subjecto vicissim*; unde à *privantibus distant*, nam illa non insunt vicissim. Si alterum Contrariorum à natura sit, non est necesse ut vicissim insint subjecto, tum non est necesse ut vicissim insint. V. g. Frigus non *inest* Igni, quia Calor inest à natura.

6. Cum dicuntur *Bonum* & *malum* esse *contraria*, perinde sumuntur, ut cum dicimus sanitatem morbo, justum injusto, rectum obliquo esse contraria.

7. *Contraria* sunt duplicia.

1. *Mediata*, quæ conveniunt in aliquo *tertio*, sive quæ habent *medium*, qualis est tepor respectu caloris & frigoris.

2. *Immediata*, quæ non habent *medium*, sive quæ non conveniunt in aliquo *tertio*, id est, non habent *medium* formæ sive *Participationis*, sed *subjecti*.

Est enim *duplex medium*,

1. *Formæ*, quod est *tertium Ens* participans naturam utriusque extremi. Ut *valetudo* mediocris respectu *sanitatis* & *ægritudinis*.

2. *Subjecti*, quando invenitur aliquod *subjectum* in quo utrumque contrariorum inest. Ut aqua respectu caloris ac frigoris. Sic differunt *contraria* à *Contradictoriis*, quæ non habent medium *subjecti*, vel formæ, cum præter Ens & non Ens nihil vel imaginando detur.

Adnotanda de Privative Oppositis.

1. *Privatio* aliquando sumitur *improprie* pro mera *absentia* formæ & *Habitus*. Sic dicimus lapidem esse *cæcum*; sed vix citra veniam.

2. *Privatio* est *simpliciter non-Ens* per se.

3. *Privatio* est duplex, *Physica*, vel *Logica*. *Physica* est absentia formæ introducendæ; *Logica* est absentia *formæ* quæ inerat.

1. Dicuntur *accidentia*; unde excluduntur *Differentiæ substantiales*, & omnia *Privantia* quæ non sunt Entia positiva Ubi *notandum* quod duo requiruntur ut Accidentia sint *contraria*.

1. Ut sint *Positiva*.

2. Ut sint Entia *Absoluta*.

2. Dicuntur poni *sub eodem Genere*, quia qu sunt in diversis *Prædicamentis* non sunt advers Contraria.

3. Dicuntur *maxime à se distare*, id est no *gradu* sed *forma*. Nam calor in remisso grad & frigus in remisso gradu sunt *contraria*, sed no maximè distant quoad Gradum. Notandu autem hic quod *Distantia* est duplex,

1. *Positiva*, quæ est inter *duo Entia*.

2. *Negativa*, inter *Ens* & *non-Ens*, vel int *duo non-Entia*.

Inter Accidentia *contrarie opposita* datur m xima *distantia positiva*. Inter *Entia contradi ctoria* datur maxima *distantia negativa*.

4. Dicuntur *expellere se ab eodem Subjecto*, qui quæ simul insunt, non sunt adversa; sed hoc d *contrariis* præsertim in *intenso gradu* profertur nam in *remisso* gradu *simul* inesse possunt, ut i mistis inest Calor & Frigus, licet non sin pugna.

5. Dicuntur inesse *eidem subjecto vicissim*; u de à *privantibus distant*, nam illa non insunt vi cissim. Si alterum Contrariorum à natura si subjecto, tum non est necesse ut vicissim in sint. V.g. Frigus non *inest* Igni, quia Cal inest à naturâ.

6. Cu

6. Cum dicuntur *Bonum* & *malum* esse *contraria*, perinde sumuntur, ut cum dicimus sanitatem morbo, justum injusto, rectum obliquo esse contraria.

7. *Contraria* sunt duplicia.

1. *Mediata*, quæ conveniunt in aliquo *tertio*, sive quæ habent *medium*, qualis est tepor respectu caloris & frigoris.

2. *Immediata*, quæ non habent *medium*, sive quæ non conveniunt in aliquo *tertio*, id est, non habent *medium* formæ sive *Participationis*, sed *subjecti*.

Est enim *duplex medium*,

1. *Formæ*, quod est *tertium Ens* participans naturam utriusque extremi. Ut *valetudo* mediocris respectu *sanitatis* & *ægritudinis*.

2. *Subjecti*, quando invenitur aliquod *subjectum* in quo utrumque contrariorum inest. Ut aqua respectu caloris ac frigoris. Sic differunt contraria à *Contradictoriis*, quæ non habent medium *subjecti*, vel formæ, cum præter Ens & non Ens nihil vel imaginando detur.

Adnotanda de Privative Oppositis.

1. *Privatio* aliquando sumitur *improprie* pro mera *absentia* formæ & *Habitus*. Sic dicimus lapidem esse cæcum; sed vix citra veniam.

2. *Privatio* est *simpliciter non-Ens* per se.

3. *Privatio* est duplex, *Physica*, vel *Logica*. *Physica* est absentia formæ introducendæ; *Logica* est absentia *formæ* quæ inerat.

 Adno-

Adnotanda de Contradictorie Oppositis.

Contradictoria sunt duplicia.

1. *Complexa*, ut *Propositiones*.
2. *Incomplexa*, ut *Termini*. De Complexis alibi agendum.

Contradictoriorum simplicium alterum de quovis *Ente* potest affirmari, vel *non-Ente*. Omne enim quod *est*, est vel *Lapis*, vel *non-Lapis*.

Modi oppositorum constituunt *Post-prædicamentum*, quia ostendunt quomodo Prædicamenta opponuntur.

MODI PRIORIS.

Aliquid dicitur alio *prius* quadrupliciter.

1. *Tempore*, quod tempore antecedit. Ut *Senex Juvenem*.

2. *Natura*: idque dupliciter, primo quoad *consecutionem*, & sic illud est prius, quod convenit alteri essentialiter, non tamen reciproce hoc isti. Ut animal Homini. Secundo quoad *Causationem*; sic *causa* est prior suo *effectu*, nempe quoad absolutum conceptum; quoad relativum enim sunt simul.

Notandum autem quod quicquid est *prius* quoad *consecutionem*, est etiam prius quoad *causationem*; sed non vice versa.

3. *Ordine*. Ut quod primo tractandum venit in Scientiis.

4. *Honore*, ut *Rex* est prior *Subditis*.

Adn-

Adnotanda de modis Prioris.

1. *Aristoteles* non enumerat *omnes modos* Prioris, sed eos tantum qui maxime usitati sunt.

2. Ex modis *Prioris* intelliguntur modi *Posterioris*. Quot enim modis dicitur unum *Oppositorum*, tot modis dicitur alterum.

3. Sunt *quatuor* tantum *modi* prioris in *Genere*, *quinque* tamen in *Specie*, secundum Versiculos memoriales.

Tempore, Natura, prius ordine dico & Honore;
Causam Causato dicimus esse prius.

4. In *æternis* nil prius *Tempore*.

5. Omnis *causa* prior *Natura* in *causando*, non *consequendo*.

6. Eorum quæ *reciprocantur* neutrum est *prius* altero in *Consequendo*, nam utrinque retro sequitur Argumentum: ut homo est rationalis, & rationale est homo.

7. Aliquid dicitur *prius Ordine* dupliciter.

1. Quoad *naturam*, quando ea quæ sunt priora Natura, in Scientiis tradendis prius tractantur; ut *Universalia*.

2. Quoad *nos*, cum id quod nos facilius cognoscimus, prius tractatur; Quâ methodo scientiæ primum indagantur; ita etiam secunda Pars Logicæ aliquando discitur ante primam.

8. *Idem* potest esse *prius Naturâ* in *causando* & in *consequendo*. Ut *Animal* prius *Homine*.

Modi prioris constituunt *Post-prædicamentum*, quia ostendunt quomodo unum *præcedit* aliud.

MODI

MODI SIMUL.

Aliquid dicitur *simul* dupliciter,

1. *Tempore*, quæ *simul oriuntur* & occidunt. Ut omnis *propria Passio* cum *Subjecto*.

2. *Natura*, idque vel in *Consequendo*, quæ *reciprocantur* & neutrum est causa alterius; ut omnia *Relata* & secundum dici,& secundum esse: vel *Dividendo*, quæ æqualiter *dividunt* idem *Genus*. Ut *Homo* & Brutum respectu *Animalis*.

Adnotanda de modis Simul.

1. *Tempore* aliqua dicuntur *Simul improprie*, quæ *simul* in aliquo eodem tempore *vixerunt*, etsi ortus eorum diversi erant. Sic dicimus *Socratem* & *Platonem* esse συγχρόνους.

2. Aliqua possunt esse *simul* in eodem *tempore*, licet unum eorum sit altero *prius Naturâ*, ut *Homo* & *Risibile*.

3. Ut aliqua sint Naturâ *simul* in *consequendo* requiritur, & ut *reciprocentur*, & ut neutrum sit *causa* alterius.

4. Quæ sunt *simul Natura* in *consequendo*, sunt etiam in *Tempore*: neutrum enim sine altero existit.

5. Omnia *Relata* sunt simul Naturâ in *consequendo*.

6. Nulla *causa* est simul Naturâ cum suo *Effectu* quoad esse suum absolutum

7. *Species duæ* contra-divisæ ejusdem *Generis* univoci, sunt simul Naturâ in *dividendo*.

8. *Spe-*

8. *Species* dicuntur *simul Natura* in ordine ad Genus, quia Genus æque respicit suas Species.

9. Specierum ut in se considerantur una *prior* est alia, licet in ordine ad Genus sint simul.

10. Species *Analogici* Generis aut *Æquivoci* non sunt *simul* Natura; ut *Substantia* & *Accidens* respectu Entis.

Modi Simul constituunt *Post-prædicamentum*, quia ostendunt quomodo coordinantur *Species* diversorum *Prædicamentorum*.

MODI HABENDI.

Habere octo modis dicitur.

1. *Habitum* & Dispositionem, & refertur ad prædicamentum Qualitatis.

2. *Quantitatem*, & refertur ad prædicamentum Quantitatis.

3. *Vestem*, & refertur ad prædicamentum Habitus.

4. *Aliquid* in *parte*, & refertur ad prædicamentum substantiæ.

5. *Partem*, & refertur ad prædicamentum Substantiæ.

6. *In vase*, & refertur ad prædicamentum Ubi.

7. *Possessionem*, & refertur ad prædicamentum relationis.

8. *Uxorem*, & refertur ad prædicamentum Relationis.

Modi

Modi habendi constituunt *Post-prædicamentum* quia pervagantur plurima *Prædicamenta.*

MOTUS.

In Definitione *Motus* tria sunt observanda.
1. *Subjectum* cui inest, quod est *Mobile.*
2. *Termini* duo, à *quo, & ad quem.*
3. *Mensura*, quæ est *Tempus.*

Motus est *Mutatio* In Subjecto ab uno *Termino* ad alium, facta in tempore.

Generatim sumtus dicitur vel Instantaneus vel successivus.

1. *Instantaneus*, qui fit in instanti; & evenit quoties Terminus motus est indivisibilis, quia talis motus simul & semel fit.

Estque duplex.

1. *Generatio*, quæ est mutatio vel in *Materia* prima seu informi; vel secunda, quæ forma essentiali actuatur, ut in *Subjecto*, facta à *privatione* formæ, tanquam *termino* à quo, ad *formam* tanquam ad terminum ad quem. Sive, *Generatio* est *mutatio* à *non esse* ad *esse* simpliciter.

2. *Corruptio*, quæ est *Mutatio* in eadem Materia, facta à *forma* subjecti, ad illius *Privationem*, sive ab *Ente* ad *non-Ens.* Aut, *Corruptio* est mutatio ab *esse* id est compositi, ad non *esse* id est compositi.

Materia est *Subjectum* Generationis & Corruptionis.

1. *Generationis*, quia est *introductio formæ* in materiam formâ præexistente viduatam.

2. *Cor-*

2. *Corruptionis*, quia Corruptio *relinquit materiam* nudam forma. Notandum quod ubicunque terminus Motus est *indivisibilis*, talis motus fit in *instanti.*

Terminus autem *Generationis*, id est motus instantanei, est duplex.
1. *Remotus* & Principalis, & est *compositum.*
2. *Proximus* & minus principalis, & est *Forma.* Primo enim *educitur forma*, & unitur materiæ; deinde fit *compositum.* *Forma* itaque ordinatur ad *compositum*, & fit propter *compositum*, & proinde non est terminus *Principalis.* Forma itaque non *fit*, sed *confit.*

2. *Successivus*, qui fit in *tempore.*

Motus autem successivus est.

1. Ad *Quantitatem*, cujus Termini sunt in quantitate; estque in animato, Nutritio, quæ est *mutatio* successiva facta in Corpore à *quantitate minori* ad *majorem*; vel phthisis, quæ est mutatio successiva facta in Corpore à *quantitate majore* ad *minorem.*

2. Ad *Qualitatem*, & dicitur *Alteratio*, quæ est *mutatio* successiva ad contrariam *qualitatem* à contraria *Qualitate.*

3. Ad *ubi*, & dicitur *Motus localis* sive *Latio*; est *mutatio* successiva facta in Corpore, & ab uno *Loco* ad alium.

Adnotanda de Motu.

1. Omnis *motus* distinguitur per *terminum* suum *ad quem* formaliter consideratum.

2. *Motus*

2. *Motus* aliqui distinguuntur per *mensuram*. Sic *Generatio* & *Corruptio* distinguuntur à ceteris per hoc quod sint in instanti, reliqui in tempore.

3. *Motus* aliqui distinguuntur per *subjectum*. Sic *Generatio* & *Corruptio* sunt in *materia prima*, *reliqui* omnes in *corpore*.

4. Omni *motui Quies* opponitur *privative*; requiritur enim in termino à quo *quies*, hoc est privatio motus secuturi.

5. *Motus* illi sunt *contrarii*, quorum *Termini* sunt *contrarii*.

Motus constituit *Post-prædicamentum*, quia pervagatur plurima *Prædicamenta*, nempe tot quot *Termini* ipsius diversi.

GRAMMATICÆ RATIONIS,

Sive

INSTITUTIONIS LOGICÆ

PARS SECUNDA.

HUC usque primum actum Mentis, *simplicem* sc. *Apprehensionem* dirigentes de Prædicabilibus, antepraedicamentis, Postprædicamentis, omnique terminorum simplicium apparatu, tanquam *partibus orationis Dialecticæ*, seorsim egimus. Proximum est ut ad instruendum *Judicium*, secundum mentis actum, progrediamur; & *terminos complexos*, sive *partium prædictarum Syntaxin* pertractemus.

Diximus superius *voces* esse vel *complexas*, vel *incomplexas*; porro complexas illas esse quæ plura atque diversa denotant, uti ex vocibus conflatæ Orationes. In iis institutionis hujus pars secunda tota fere versatur.

Propositio definitur quod sit, *Oratio* indicativa, congrua, perfecta, *verum vel falsum* sine ambiguitate *significans*.

Oratio est, sive vocum complexio. Quin & *Indicativa*, quæ aliquid de aliquo plane asserit, non optat tantum, aut interrogat, aut exclamat, aut imperat, aut supplicat. *Indicativa* igitur oratio est, quâ pronunciamus aliquid esse vel non esse, idque in modo *finito*: dein *congrua*,

grua, non solœca, nimirum ad Grammatic... analogiam & regulas conformata. *Perfecta* e... am, ut *sensus* ratio integra constet. Demu... exigimus, ut *verum* vel *falsum* sine *ambiguita*... significet, ut evitetur *æquivocatio*: aut *amph*... *bologia*, alioquin pro unica plures enascent... *Propositiones*.

Notandum vero, ambiguitatem in voce si... plici dici æquivocationem, in complexâ a... phibologiam. Prioris generis erit, si *forte* d... xeris: parum enim constat an *robustum*, an *ca*... *mosum*, an *fortuitum* pronuncies. Alterius g... neris sunt sermones ad fucum faciendum co... positi, quales

Crœsus Halyn penetrans magnam pervertet opu...
Aio te Æaciden Romanos vincere posse. (vi...
Edvardum occidere nolite timere bonum est.

Partes Propositionis sunt *Nomen* & *verbum*.

Nomen est *vox* significativa ad *Placitum*, si... *tempore*, cujus nulla *pars* separata aliquid si... nificat, *finita* & *recta*; & est pars Proposi... tionis *materialis*.

Dicimus primo esse *vocem*. *Vox* vero (qu... supra monuimus,) nihil aliud est quam *so*... ex animantis ore editus. Dicitur vero *signi*... *ficativa* ad *placitum*, ut à voce *naturali*, qualis... tussis, aut gemitus, distinguatur. Cujus null... *pars separatim significat* additur, quia quæ se... paratim significant sunt *Nomina*, non *nom*... Sufficit autem ut *partes seorsim* non idem qu... *conjunctim* significent; sic *Magister* est vox si... plex, quia nec *magis* vel *ter* vocis istius part... aliquid conferunt ad *Pædagogi* notionem. Di... ci...

...tur *finita*, quia debet esse limitatæ signifi... ...tionis.

Vox enim est vel *finita*, vel *infinita*.

1. *Finita* dicitur, quæ *certam* aliquam rem ...gnificat, ut homo, lapis, &c.

2. *Infinita* est, quæ certam aliquam rem non ...gnificat, ut *non-homo*, non-lapis; non-ho... ...o enim quidvis Entium, aut non entium per... ...de significat præter ipsum hominem.

Omne nomen duplicem significati sui notio... ...m innuit, quarum prima est *generalis*, quod ... Ens, secunda *Specialis*, quod sit tale Ens. ...g. *Homo* habet duplicem acceptionem, ...imo quod sit *Ens*, Secundo quod sit *Ens* ha... ...ns *humanitatem*.

Negatio itaque apposita Nomini tollit *Specia*... ..., acceptione sed relinquit *generalem*. V. ... Negatio Hominis tollit humanitatem, ...n rationem Entis; unde idem sonat, ... si diceres, non-homo est ens non habens hu... ...nitatem. Nomen itaque *infinitum* significat ...um secundum Generalem acceptionem, quia ...nificat *Ens* reale vel rationis *positive*; sed ...gative tantum secundum specialem accep... ...nem.

...x prædictis patet quod vox *infinita* non est ...*atio*. Quod hinc etiam conficitur, quod ne... ...io convenit non terminis simplicibus sed ...i Propositioni, quin & significat verum vel ...sum, quæ terminis infinitis minime conveni... ... Unde scite ut solet, *Aristoteles* ἐκ ἄνθρω... ... ἐκ ὄνομα.

Verbum est *vox* significativa ad Placitum, cum

tempore, cujus nulla pars separata aliquid sig-
nificat, *finita* & *recta*, & est *nota* eorum q
de altero *dicuntur*.

Dicitur cum *tempore* significare, hoc est, præ-
ter principale significatum, quod est actio
passio aliqua, connotat etiam temporis diff
rentiam: itaque *disputo* notat *disputationem*
eamque jam nunc institutam, ut distinguatur
à *Nomine*, quod potest tempus *significare*,
non *consignificare*, seu προσσημαίνειν χρόνον, ut h
ra, annus, &c.

Additur *cujus nulla pars separata aliquid si-
nificat*, ut distinguatur ab *oratione*.

Dicitur *Finita*, ut distinguatur à *verbis in
nitis*: nam negatio præfixa Verbo implica
eam rem quam consignificat, potest redde
propositionem vel infinitam vel negativam
prout resolventi placet. V.g. in hac Propositi
ne, *Homo non legit*, negatio præfixa verbo in
nitum illud reddit, si ita resolvis, *Homo est n
legens*: negativum, si ita, *Homo non est Legens*.

Dicitur *Recta*, ut excludantur *casus verborum*
(ut inquit *Aristoteles*) nempe ea omnia q
non sunt *Indicativi* modi.

Verbum dicitur id quod indicat rem aliqua
alteri attribui; quia sine verbo, id est copula
nihil de altero asseritur aut enunciatur, proin
de dici potest propositionis pars formalis.

Cum *Propositio* (prout dictum est) sit orati
indicativa, liquet eam verum vel falsum sign
ficare.

Enunciatio illa vera esse dicitur, quæ
conformis rei significatæ. *Vera* enim est in q
t

ermini *connectendi connectuntur*, id est ubi con-
exio de terminis congruentibus affirmatur:
ut termini non connectendi separantur, id est
bi de terminis non congruentibus connexio
egatur. V.g. harum *Propositionum* quarum altera
ffirmat altera negat, *Virtus est expetibilis, vitium
on est expetibile*, utraque est *vera*, quia *virtus* &
xpetibile, termini congruentes, connectuntur;
itium vero & *expetibile*, termini non congru-
ntes, *separantur*.

Enuntiatio illa falsa esse dicitur, quæ est
difformis rei significatæ, seu in qua termini
on connectendi connectunrur, & separantur
onnectendi. Ita hæ *Propositiones* quarum una
egat, altera affirmat, *Virtus non est expetibilis, vi-
tium est expetibile*, falsæ sunt, quia termini non
ongruentes uniuntur, congruentes separan-
ur.

Hæc *Propositionum* habitudo dicitur *Qualitas*
earundem.

Porro *affirmatio* & *negatio*, vel in termino-
um totâ *latitudine* peragitur; vel iisdem ali-
uatenus restrictis & coarctatis: alia enim res
st, si dicamus hominem omnem esse doctum,
ut aliquem esse doctum; nullum hominem esse
pium, aut aliquem non esse pium.

Hæc *Propositionum* habitudo dicitur *Quantitas
earundem*.

Demum *affirmatio* & *negatio*, vel *absolute* pro-
cedit, aut sub *conditione*, & quasi exceptione,
seu *hypothesi*. Neque enim perinde est si dica-
mus, dies est; sive, si dies est, sol oritur: aut,
vel dies est, vel sol non oritur.

Hæc Propositionum *habitudo* dicitur *substantia* earundem.

Exinde fit quod *Propositio* passim dividitur secundum *substantiam, quantitatem* & *qualitatem.*

De PROPOSITIONIS SUBSTANTIA.

Dividitur propositio secundum *substantiam*, in *simplicem* sive *Categoricam*, & *Compositam* sive *Hypotheticam.*

Hæ autem differunt dupliciter.

1. *Materialiter,* quia, *materia* (ex qua) *Categoricæ* Propositionis sunt voces *simplices* ; *Hypotheticæ* autem *orationes.*

2. *Formaliter,* quia *forma* Categoricæ est *connexio subjecti cum Prædicato* per *copulam,* sc. verbum substantivum ; *Hypotheticæ* autem *categoricarum* per *conjunctionem* , *si, aut,* & similes.

Propositio Categorica est, quæ constat ex *subjecto, Prædicato* seu attributo, & *copula,* tanquam ex partibus proximis.

Subjectum est ea *pars* quæ *præcedit,* non autem quicquid præcedit ; nam *signa* quæ dicuntur tantum accidentia Propositionis præcedunt, sed non sunt *subjecta* ; nec etiam quod *præcedit* verbum *loco*, vel voce, sed *sensu* & constructione grammaticali.

Prædicatum est id quod *sequitur copulam* in Propositione.

Est autem duplex *prædicatum.*

1. *Materiale,* estque id quod *sequitur verbum* principale, & per copulam unitur subjecto.

2. *Formale,* quod est ipsum *verbum* ; ut in hac Propositione, *Plato disputat* , sive quod idem est, *est disputans* , *disputans* est prædicatum materiale, sed *disputat* (vel est disputans) formale. Ita res illa sese habet in *Homo est Animal* Ubi *Animal* est prædicatum materiale, *est animal*, formale.

Adnotanda de Prædicatis.

1. *Multæ voces* non constituunt *unum Prædicatum* vel unum *subjectum,* nisi significent *unam* rem, vel uni rei conveniant.

2. Quandocunque *plura prædicata* separatim sumta conveniunt *per se* eidem subjecto, illa eadem *Prædicata* possunt convenire eidem subjecto *conjunctim* ; quando autem *non* conveniunt aut *subjecto,* aut inter se nisi accidentaliter, non possunt convenire conjunctim. Ut *Homo* est *Albus, Homo* est *musicus,* non inde tamen sequitur, homo est *albus musicus.*

3. Quando *Prædicata* ita inter se conveniunt, ut unum in altero includatur *actualiter,* possunt separatim de eodem subjecto *prædicari,* non *conjunctim* sine solœcismo Logico imo & Grammatico. Ut *Homo* est *Homo, Homo* est *Animal* ; non sequitur Homo est *Homo Animal*, quia Animal includitur in homine.

4. Quando ea quæ *adjiciuntur* Subjecto inter se *repugnant* , non erit etiam recta illatio ab iisdem *separatis,* ac *conjunctis.* Ut *Socrates* est *mortuus,* ergo *Socrates est :* at vera est propositio illa

illa prior, adeoque inter se pugnare non possunt prædicati membra.

Verbum potest etiam esse *Prædicatum* vel *subjectum* in Propositione, sed non sub ratione *sui*, sed *Nominis*.

Verbum etiam consideratur dupliciter, *In propositione*, vel *Extra Propositionem*. *Verbum extra* Propositionem, si *negatio* præfigatur, necessario infinitum est, tum enim nominis rationem subit. Verbum in *Propositione*, si negatio præfigatur, *negativum* est, aut infinitum, prout resolvitur.

Verbum etiam ut *adjacet* subjecto, est *Prædicatum*; ut *unit* Prædicatum materiale cum Subjecto, est *copula*. Copula enim est ipsum verbum substantivum, quod intervenit inter Subjectum & Prædicatum materiale.

Partes propositionis possunt esse in Propositione dupliciter, *Implicite*, ut *Lego*; *Explicite*, *ut ego sum legens*.

Notandum quod ea clausula *tanquam ex Partibus proximis* adjicitur ad excludendam *Hypotheticam*. Hæc enim habet duplices partes *Proximas*, quæ sunt *Categoricæ* Propositiones; *Remotas* quæ sunt *Subjectum*, *Prædicatum*, & *Copula*, ipsarum quidem Categoricarum partes.

De Triplici materia Categoricæ Propositionis.

Materia propositionum primo dicitur duplex.

1. *Ex qua* conficitur, viz. *Subjectum*, *Prædicatum*, *copula*.

2. *Circa quam* versatur, nempe realis *habitudo Subjecti* ad *Prædicatum*.

Hæc autem materia est triplex.

1. *Necessaria*, cum Prædicatum necessario affirmatur de subjecto. Ut *Homo est Animal*.

2. *Impossibilis* cum impossibile est prædicatum affirmari de Subjecto. Ut *Homo est Bos*.

3. *Contingens*, cum prædicatum medio quodam modo se habet ad subjectum, id est, potest esse vel non esse. *Ut Homo est Doctus*.

Contingentia sunt quæ in *utralibet*, sed plerunque in *parte* altera accidunt. *Contingentium* de *futuro* alia *vera* sunt, alia *falsa*, alternatim, non divisim; indeterminate, non determinate.

In materiâ *necessaria* propositiones *affirmativæ* sunt *veræ*; negativæ, *falsæ*.

In materia impossibili propositiones *negativæ* sunt *veræ*; affirmativæ, *falsæ*.

In materia *contingenti* vel *veras* vel *falsas* esse non repugnat.

Triplex est *potestas* quæ contingenter se habet ad res producendas, & actuatur vel *semper*, ut potestas *solis*; vel *nunquam*, ut *Divisibilitas* in *magnitudine*; vel *aliquando*, ut potestas *ridendi*.

Notandum, res dici *necessarias* vel à necessitate *antecedente*, quæ pendet ex intrinsica connexione terminorum, ut necesse est ignem esse calidum; vel à necessitate *consequente*, quæ ex actualis existentiæ lege oritur, & in rebus maxime contingentibus occurrit: sic enim dicitur de manu quæ calescit quod necessario calescit,

illa prior, adeoque inter se pugnare non possunt prædicati membra.

Verbum potest etiam esse *Prædicatum* vel *subjectum* in Propositione, sed non sub ratione *sui*, sed *Nominis*.

Verbum etiam consideratur dupliciter, *In propositione*, vel *Extra Propositionem*. *Verbum extra* Propositionem, si *negatio* præfigatur, necessario infinitum est, tum enim nominis rationem subit. Verbum in *Propositione*, si negatio præfigatur, *negativum* est, aut infinitum, prout resolvitur.

Verbum etiam ut *adjacet* subjecto, est *Prædicatum*; ut *unit* Prædicatum materiale cum Subjecto, est *copula*. Copula enim est ipsum verbum substantivum, quod intervenit inter Subjectum & Prædicatum materiale.

Partes propositionis possunt esse in Propositione dupliciter, *Implicite*, ut *Lego*; *Explicite*, *ut ego sum legens*.

Notandum quod ea clausula *tanquam ex Partibus proximis* adjicitur ad excludendam *Hypotheticam*. Hæc enim habet duplices partes *Proximas*, quæ sunt *Categoricæ* Propositiones; *Remotas* quæ sunt *Subjectum*, *Prædicatum*, & *Copula*, ipsarum quidem Categoricarum partes.

De Triplici materia Categoricæ Propositionis.

Materia propositionum primo dicitur duplex.

1. *Ex qua* conficitur, viz. *Subjectum*, *Prædicatum*, *copula*.

2. *Circa quam* versatur, nempe realis *habitudo Subjecti* ad *Prædicatum*.

Hæc autem materia est triplex.

1, *Necessaria*, cum Prædicatum necessario affirmatur de subjecto. Ut *Homo est Animal*.

2. *Impossibilis* cum impossibile est prædicatum affirmari de Subjecto. Ut *Homo est Bos*.

3. *Contingens*, cum prædicatum medio quodam modo se habet ad subjectum, id est, potest esse vel non esse. *Ut Homo est Doctus*.

Contingentia sunt quæ in *utralibet*, sed plerunque in *parte* altera accidunt. *Contingentium* de *futuro* alia *vera* sunt, alia *falsa*, alternatim, non divisim; indeterminate, non determinate.

In materiâ *necessaria* propositiones *affirmativæ* sunt *veræ*; negativæ, *falsæ*.

In materia impossibili propositiones *negativæ* sunt *veræ*; affirmativæ, *falsæ*.

In materia *contingenti* vel *veras* vel *falsas* esse non repugnat.

Triplex est *potestas* quæ contingenter se habet ad res producendas, & actuatur vel *semper*, ut potestas *solis*; vel *nunquam*, ut *Divisibilitas* in *magnitudine*; vel *aliquando*, ut potestas *ridendi*.

Notandum, res dici *necessarias* vel à necessitate *antecedente*, quæ pendet ex intrinsica connexione terminorum, ut necesse est ignem esse calidum; vel à necessitate *consequente*, quæ ex actualis existentiæ lege oritur, & in rebus maxime contingentibus occurrit: sic enim dicitur de manu quæ calescit quod necessario calescit,

lescit, quia impossibile est quod calidum non sit calidum. Sic quanquam agnoscamus esse contingens utrum cras pluat an non pluat; interim tamen si pluat, necessario pluet; nam omne quod est quando est & possibile & necesse est esse. Ubi serio advertere oportet nullam omnino causalitatem hic intervenire, & malè à quibusdam fatalem rerum necessitatem introduci ex præscientia divina: quæ enim *futura* sunt, necessario *futura* sunt, utcunque nullus cognoverit; quia aliter *futura* non fuissent. An vero nos fore credamus nec ne quæ futura sunt, an ea nunc existant, parum refert, & extra res ipsas est.

De PROPOSITIONIS QUANTITATE.

Propositio dividitur secundum *Quantitatem* in *Universalem*, *Particularem*, *Indefinitam*, *Singularem*.

Universalis propositio est ea cujus Subjectum est *Terminus* communis *signo universali* amplificatus.

Terminus communis est vox apta prædicari de *pluribus*, id est quæ rem multis communem significat. Ut *Homo*.

Signum Universale est quod facit *Terminum* universaliter accipi, Ut *Omnis*, *Nullus*, &c.

Tria requiruntur ad *propositionem Universalem*.

1. Ut *Subjectum* ejus sit vox *universalis*.
2. Ut Subjecto *signum universale* affigatur.

3. Ut

3. Ut Subjectum *universaliter capiatur*; non collective, sed distributive.

2. *Propositio particularis* est ea, cujus Subjectum est *Terminus* communis, signo particulari restrictus.

Tria autem requiruntur ad particularem.

1. Ut *Subjectum* sit vox *communis*.
2. Ut subjectum *contrahatur* per *signum* particulare.
3. Ut *signum* particulare non unum aut plura singularia significet, sed indeterminate: ut quidam, aliquis, aliqui.

4. Propositio *indefinita* est ea, cujus Subjectum est terminus *sine* aliquo *signo* sibi adjuncto.

Indefinita propositio in materiâ necessariâ & impossibili obtinet Quantitatem *Universalis*, in Contingenti *Particularis*.

4. *Singularis* est ea, cujus Subjectum est vox singularis, seu vox universalis singulariter accepta.

Vox communis potest fieri singularis dupliciter.

1. *Proprie*, quando signum demonstrativum speciei primitivæ præfigitur; ut hic Homo.
2. *Improprie*, quando vox universalis ex suppositione aliqua ponitur pro singulari. Ut *Poeta* pro *Virgilio*.

Singularia & *particularia* signa *conveniunt* in hoc, quod utraque voci universali adhibita, *tollunt* ipsius *Universalitatem*; eo *differunt*, quod *singularia* restringunt *determinate* ad hanc rem, & non aliam, hoc est ad speciem & certa individua;

dua; particularia vero ad certam speciem, non vero certa individua.

DE PROPOSITIONIS QUALITATE.

Propositio demum dividitur secundum *Qualitatem*, in Qualitatem *Rei* vel *vocis*.

1. *Rei*, quæ convenit *propositioni* ratione re[i] quam significat, ut veritas & falsitas: nam propositio ideo est vera vel falsa, quia res ita est, vel non est.

Est autem *veritas* duplex.

1. *Rei* & simplex, quæ est in re simplici, velut proprietas ipsius (omne enim *ens* est *verum*) & est *conformitas* Intellectus ad rem.

2. *Cognitionis* & Composita, quæ spectatur i[n] *Compositione* & *divisione*, sive in ipsa convenientia sive disconvenientia duarum rerum inte[r] se collatarum.

Veritas & *Falsitas Propositionis* tripliciter sp[e]ctari possunt.

1. In *Re* tanquam in causa & fundament[o]. Res enim veritatis causa.

2. In *Intellectu*, tanquam in Subjecto. Intellectus enim apprehendit verum & falsum.

3. In *Propositione*, tanquam in signo. Qu[ia] propositio eam indicat, & nulla *propositio* [est] *vera*, nisi quæ cum re *quadrat*; neque falsa, [ni]si quæ cum re dissentit.

2. *Veritas* Vocis est, quæ immediate & p[er] se convenit propositioni, ut supra monuim[us] & dicitur *Affirmatio* & *Negatio*: nec adeo q[ua]lit[as], quam *essentia* propositionis dici mere[tur].

Propositio affirmativa est in qua *copulæ* principali nulla negatio *præfigitur*. *Universalis affirmativa* est, quæ *signum* universale præpositum habet. Illud vero *signum distribuit* solum illum *terminum* cui immediate *præfigitur* in enunciatione.

Negativa est, in qua *copula* principalis *negatur*.

Notandum quod in discernenda propositionis *Negatione*, *copula* solum respicienda est, quia licet Subjectum & Prædicatum negentur, propositio tamen potest esse affirmativa; neque etiam quævis Copula sed tantum *principalis*.

Copula est duplex.

1. *Principalis*, quæ connectit subjectum & prædicatum.

2. *Minus principalis*, quæ non connectit Subjectum & prædicatum, sed *partes subjecti* ad se invicem.

Negatio est triplex.

1. *Privans*, quæ semper includitur in adjectivo: ut *indoctus*.

2. *Infinitans*, quæ semper sequitur copulam. [u]t *homo est non doctus*.

3. *Negans*, quæ semper *præcedit Copulam*: ut [ho]*mo non est doctus*. Estque vel *Pura*, cum particula *non* præfigitur *copulæ*; vel *Mixta*, Cum particula *Nullus* adhibetur, quæ semper debet *præ*[po]*ni*. Omnis *Negatio* debet præcedere *verbum* [im]*mediate*, vel quoad locum, vel quoad *sensum*. [Q]uamvis enim in multis signum immediate

præcedit verbum, tamen exercet vim & in *Sub-jectum* ut est signum universale, & *verbum* ut signum negativum. Duo autem termini univer-se *non negantur* invicem, nisi *universus* uniu *ambitus* de universo alterius ambitu *negetur.*

Non sumitur dupliciter.

1. *Per se.* 2. *Respectu* illius cui *præfigitur.* Sic vim aliquam exercet; quia *destruit* totum illud cui *præfigitur.*

Memoriæ sublevandæ causa hæc versu se-quenti signantur.

Quæ? Ca. vel Hyp. Qualis? Ne. vel Aff. Quan-ta? Uni. Par. In. Sing.

Notandum quod *singularia*, in propositi-nibus de Idea quas vocant, ut Sol est calidu Mundus est perfectus, &c. terminos in tota su *latitudine* sumunt; & proinde revera *Univer-salium* rationem subeunt. *Indefinita* autem cum possint ad totam terminorum *latitudinem* referri, aut etiam ad *angustiores* limites arctari in priori casu *universalia*, in altero *particularia* futura sunt: unde non immerito dixeris *Propo-sitiones* secundum *quantitatem* & *qualitatem* esse tantum vel *Affirmativas* vel *negativas*, *univer-sales* vel *particulares*.

Universalis Affirmativa apud Logicos symbo-lo A. notatur.

Universalis negativa symbolo E.

Particularis affirmativa symbolo I.

Particularis negativa symbolo O.

Quæ versibus istis Technicis consignantur,

Asserit A, negat E, verum generaliter ambo.

Asserit I, negat O, sed particulariter ambo.

D

De OPPOSITIONE PROPO-SITIONUM.

Propositioni accidunt tria, 1. *Oppositio.* 2. *Æ-quipollentia.* 3. *Conversio.*

Oppositio est duplex.

1. *Incomplexa*, quæ est repugnantia duorum non permittentium se simul in eodem Subje-cto. Ut inter Calorem, & Frigus.

2. *Complexa*, quæ est repugnantia duarum Propositionum Categoricarum vel secundum *Quantitatem*, vel *Qualitatem*, vel *utramque*, eo-dem *manente Subjecto* & *Prædicato*, Quæ hic trac-tatur.

Quatuor exiguntur ad complexam Opposi-tionem, nimirum ut Subjectum, Prædicatum & Copula maneant invariata.

1. Quoad *Terminos*, ut nulla vox mutetur.

2. Quoad *Ordinem* Terminorum, ut Sub-jectum non mutetur in prædicatum.

3. Quoad *Significationem*, ut unà cum eadem voce eadem significatio retineatur.

4. Quoad *Significandi modum*. Ut nulla sit nullâ circumstantiâ loci aut temporis muta-tio, sed iisdem modis Termini capiantur.

Oppositio propositionum est quadruplex.

1. *Contraria*, inter duas propositiones *Uni-versales* sibi invicem repugnantes secundum *Qualitatem*. Ut *omnis* Homo est animal, *nullus* Homo est animal.

2. *Subcontraria*, inter duas propositiones *Particulares* repugnantes secundum Qualitatem.

 Ut

Ut *Aliquis* Homo legit, *Aliquis* Homo non legit.

3. *Contradictoria*, inter duas propositiones repugnantes secundum *Quantitatem* & *Qualitatem*. Ut *omnis* Homo *est* vivens, *Aliquis* Homo *non* est vivens.

4. *Subalterna*, inter duas propositiones sibi invicem repugnantes secundum *Quantitatem*. Ut *Omnis* Homo vivit, *Aliquis* Homo vivit.

Leges Propositionum Oppositarum.

1. *Contrariarum.*

1. In materiâ *Necessaria* & *impossibili* ambæ non possunt esse simul *falsæ*. Ut Omnis Homo est Animal, nullus Homo esse Animal.

2. In materiâ *Contingenti* possunt est simul falsæ. Ut *omnis* Homo est doctus, *nullus* Homo est doctus.

3. *Impossibile* est *utrasque* esse simul veras.

2. *Subcontrariarum.*

1. In materiâ *necessaria* & *impossibili* una *vera*, altera *falsa*. Ut Homo aliquis vivit, Homo aliquis non vivit.

2. In materia *Contingenti* possunt ambæ esse *veræ*. Ut, Quidam ambulat, quidam non ambulat.

3. *Impoßibile* est ambas esse *falsas* simul.

3. *Contradictoriarum.*

Contradict. una semper *vera*, altera *falsa*. Ut Nullus homo est justus, Aliquis homo est justus.

4. *Subalternarum.*

1. Si *Subalternans* seu *universalis* sit *vera*, *subalternata* seu particularis erit vera; non converso.

Ut omnis homo est animal, Aliquis homo est animal.

2. Si *Subalternata* seu particularis erit *falsa*, tum *subalternans* seu universalis erit *falsa*. Ut Aliquis homo est irrationalis, Omnis homo est irrationalis.

Notandum quod duplex est *Oppositio:*

1. *Extensiva*, & est major Oppositio secundum plures partes.

2. *Intensiva*, & est major Oppositio secundum partem eandem.

Propositiones *contrariæ* magis opponuntur *extensive* quam *contradictoriæ*; non verò *intensive*.

Notandum quod *subcontrariæ* propositiones sunt *contradictoriæ contradictoriarum*; ut Aliquis homo non est doctus, Nullus homo est doctus, Aliquis homo non est doctus, omnis homo est doctus. *Contraria* & *subcontraria* simul, contradictionem efficiunt *duplicem*. Deinde quæcunque *oppositio* nec est *contraria*, nec *subcontraria*, nec *subalterna*; est *contradictoria*.

Subcontrariæ ambæ possunt esse simul *veræ*.

Quæcunque *propositiones* oppositæ ita se habent ut altera sit *vera*, altera *falsa*, illæ sunt *contradictoriæ*. Itemque *singulares* oppositæ sunt *contradictoriæ*: nam hujus propositionis *Hic homo est doctus* contradictoria non est ista, *nullus homo est doctus*, sed *hic homo non est doctus*. Minime enim necesse est ad refellendam hanc propositionem *Hic homo est doctus*, probare quod *nullus est doctus*.

Propositio *diversa* & *opposita* differunt; quia dicitur diversa respectu *terminorum diversorum*, oppo-

opposita respectu terminorum *eorundem*.

Notandum quod omnis *affirmatio* & *negatio* est *contradictio*.

Contradictio est triplex.

1. *Universalis*, in quâ altera propositio est *universalis*. Ut omnis Homo est animal, Non omnis Homo est animal.

2. *Singularis*, in quâ ambæ sunt *singulares*. Ut Socrates est doctus, Socrates non est doctus.

3. *Indefinita*, in quâ ambæ sunt *indefinitæ*. Ut Homo est doctus, Homo non est doctus: hæc vero propriè loquendo vix datur, quia opposi-tio certam & explicitam quantitatem exigit oppositarum.

1. *Singularis* & *universalis* Contradictionis altera *vera*, altera *falsa*.

2. *Indefinitæ* ambæ possunt esse simul *veræ*.

Ubi notandum est, quod negatio contradi-cens affirmationi, semper præfigi debet *signo*, si Propositiones habent signum; si non, *copulæ*.

3. Uni *affirmationi* una negatio contradicit. Affirmatio autem & negatio est una, quando *Prædicatum* & *subjectum* sunt voces univocæ quas *Aristoteles* vocat ἓν καθ' ἑνός.

Notandum quod ubicunque *Subjectum* vel *Prædicatum* est vox *æquivoca*, non est *una* affirmatio aut negatio, sed *multiplex*. Ut canis est animal.

Contradictiones universales vel singulares de præsenti aut præterito, & universales de futuro ita se habent, ut altera sit vera, altera falsa.

Contradictiones vero singulares de tempore futuro

ita se habent, ut alterutra non autem utraque sit vel vera, vel falsa.

DE PROPOSITIONUM ÆQUIPOLLENTIA.

Æquipollentia est duarum Categoricarum Propositionum *æquivalentia* in Quantitate, Qualitate, Veritate, Falsitate, per adventum negationis.

Æquivalentia est duplex.

1. *Materialis*, ratione terminorum, quando propositiones constant ex terminis ejusdem significationis. Ut *Cicero* est *Homo*, *Tullius* est *Animal rationale*.

2. *Formalis*, cum propositiones repugnantes ad sensum eundem per adventum Negationis reducuntur. Hæc sola hoc loco intelligitur.

Duo itaque requiruntur ad æquivalentiam formalem,

1. Ut habeant eundem *sensum*, easdemque conditiones Quantitatis & Qualitatis.

2. Ut fiat hoc per adventum *negationis*.

Regulæ de Æquipollentia.

1. Si alicui *signo* universali vel particulari *præponatur* negatio, æquipollet *Contradictorio* suo.

3. Si alicui *signo* universali vel particulari & *præponatur* & *postponatur* negatio, æquipollet suo *Subalterno*.

Non

opposita respectu terminorum *eorundem*.

Notandum quod omnis *affirmatio* & *negatio* est *contradictio*.

Contradictio est triplex.

1. *Universalis*, in quâ altera propositio est *universalis*. Ut omnis Homo est animal, Non omnis Homo est animal.

2. *Singularis*, in quâ ambæ sunt *singulares*. Ut Socrates est doctus, Socrates non est doctus.

3. *Indefinita*, in quâ ambæ sunt *indefinitæ*. Ut Homo est doctus, Homo non est doctus: hæc vero propriè loquendo vix datur, quia opposi-tio certam & explicitam quantitatem exigit oppositarum.

1. *Singularis* & *universalis* Contradictionis altera *vera*, altera *falsa*.

2. *Indefinitæ* ambæ possunt esse simul *veræ*.

Ubi notandum est, quod negatio contradi-cens affirmationi, semper præfigi debet *signo*, si Propositiones habent signum; si non, *copulæ*.

3. Uni *affirmationi* una negatio contradicit. Affirmatio autem & negatio est una, quando *Prædicatum* & *subjectum* sunt voces univocæ, quas *Aristoteles* vocat ἓν καθ' ἑνός.

Notandum quod ubicunque *Subjectum* vel *Prædicatum* est vox *æquivoca*, non est *una* affirmatio aut negatio, sed *multiplex*. Ut canis est animal.

Contradictiones universales vel singulares de præsenti aut præterito, & universales de futuro ita se habent, ut altera sit vera, altera falsa.

Contradictiones vero singulares de tempore futuro

futuro ita se habent, ut alterutra non autem utraque sit vel vera, vel falsa.

DE PROPOSITIONUM ÆQUIPOLLENTIA.

Æquipollentia est duarum Categoricarum Propositionum *æquivalentia* in Quantitate, Qualitate, Veritate, Falsitate, per adventum negationis.

Æquivalentia est duplex.

1. *Materialis*, ratione terminorum, quando propositiones constant ex terminis ejusdem significationis. Ut *Cicero* est *Homo*, *Tullius* est *Animal rationale*.

2. *Formalis*, cum propositiones repugnantes ad sensum eundem per adventum Negationis reducuntur. Hæc sola hoc loco intelligitur.

Duo itaque requiruntur ad æquivalentiam formalem,

1. Ut habeant eundem *sensum*, easdemque conditiones Quantitatis & Qualitatis.

2. Ut fiat hoc per adventum *negationis*.

Regulæ de Æquipollentia.

1. Si alicui *signo* universali vel particulari *præponatur* negatio, æquipollet *Contradictorio* suo.

3. Si alicui *signo* universali vel particulari & *præponatur* & *postponatur* negatio, æquipollet suo *Subalterno*.

Non

Non omnis, Quidam non : omnis non, quasi nullus :
Nonnullus, Quidam : sed nullus non, valet omnis.
Non aliquis, nullus : non Quidam non, valet omnis :
Non alter, neuter : neuter non præstat uterque.

Notandum quod propositio infinita & finita quoad Subjectum non possunt æquipollere, possunt tamen quoad prædicatum. Ut omnis non Homo est Animal, Nullus Homo est animal, non æquipollent : sed Omnis Homo est non animal, Nullus Homo est animal, æquipollent.

Notandum quod Æquipollentium regulæ traduntur solum de Contradictoriis, Contrariis, & Subalternis. De Subcontrariis autem nulla est æquipollentiæ regula. Sed nil vetat quin & de istis obtineat regula, ita *nonnulli, quidam*, &c.

1. *Præ Contradict.* 2. *Post Contrar.* 3. *Præ postque Subaltern.*

DE PROP. CONVERSIONE.

Conversio est Commutatio apta Terminorum.

Est autem Commutatio Terminorum respectu ordinis seu positionis, ita ut subjectum transeat in locum prædicati & vice versa.

Commutatio ista debet esse apta, nimirum cum tali habitudine propositionum & cohærentia ad se invicem, ut recte una ex altera inferatur.

Conv[illegible]

Conversio autem est triplex.

Simplex. Per Accidens. Per Contrapositionem.

1. *Conversio simplex* est mera mutatio subjecti in Locum prædicati, & contra, manente eadem propositionis Quantitate & Qualitate. Conversio talis convenit universali negativæ & Particulari affirmativæ. Ut Nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo ; Aliquis homo est philosophus, ergo aliquis philosophus est homo. Non autem valet de negativo, Aliquod animal non est homo, ergo aliquis homo non est Animal. Dicitur simplex, quia est unica tantum mutatio, sc. subjecti & prædicati.

2. *Per Accidens*, est mutatio Subjecti in locum prædicati, manente eadem Qualitate, sed mutata Quantitate, ut Omnis homo est animal, ergo aliquod (non omne) animal est homo.

Convenit Universali affirmativæ, & universali negativæ, quæ convertuntur in particularem affirmativam, & particularem negativam.

Dicitur *per Accidens*, quia propositio non convertitur secundum se totam, sed aliquam sui partem ; vel quia non immediate convertitur : ut Omnis homo est animal, ergo aliquis homo est animal.

3. *Per Contrapositionem*, est mutatio Subjecti in locum prædicati manente eadem Quantitate, & qualitate, sed terminis finitis mutatis in infinitos. Convenit universali affirmativæ, & universali negativæ. Dicitur per Contrapositionem quia contraria est terminorum positio.

Feci simpliciter convertitur, Eva per Acci.
Ast O per contra ; sic fit conversio tota.

D E

DE PROP. HYPOTHETICA.

Propositio *Hypothetica* est quæ constat ex pluribus Categoricis per conjunctionem unitis.

Hujus Definitionis duæ sunt partes.

1. Prior pars asserit quod constat ex pluribus Categoricis; hoc spectat ad materiam, nam Categoricæ propositiones sunt materia Hypotheticæ.

Materia autem est duplex.

Proxima, ipsæ Categoricæ propositiones.

Remota, termini simplices ex quibus Categoricæ conficiuntur.

2. Posterior pars definitionis addit, quod partes sint per conjunctionem unitæ, spectatque ad formam, nam forma Hypotheticæ est ipsa unio Categoricarum per conjunctionem.

Forma est duplex.

1. *Partis*, quæ in Categorica est Copula: at in Hypothetica est Conjunctio Categoricarum.

2. *Totius*, quæ in Categorica est Unio extremorum per Copulam: in Hypothetica vero Unio Categoricarum per Conjunctionem.

Proposirio Hypothetica est triplex.

1. *Conditionalis* cujus tres species. Scil. est vel *Causalis*; in qua propositiones uniuntur conjunctione causali. Ut quia homo habet pulmonem, spirat.

Vel *Rationalis*, in qua propositiones uniuntur conjunctione illativa. Ut homo spirat, ergo pulmonem habet.

Vel *Conditionalis* strictè dicta, in qua propositiones

sitiones uniuntur conjunctione Conditionali. Ut si homo spirat, habet pulmonem.

2. *Copulativa*, in qua propositiones uniuntur per Conjunctionem copulativam. Ut Homo est animal & rationalis. Estque duplex.

1. *Implicita*, in qua invenitur aliquod adverbium conjunctioni, implicitè annexum.

2. *Expressa*, ubi nota copulationis exprimitur. Scil. *&*, *que*, *quoque*, *ac*, *atque*, &c.

3. *Disjunctiva*, in qua propositiones uniuntur per conjunctionem disjunctivam. Ut Socrates fuit philosophus, aut Plato non fuit.

Notandum quod *copulatio* est duplex.

1. *Perfecta*, quando plures propositiones copulantur; & talis in hoc loco intelligitur: est verò ea copulativa quantum ad subjectum, non secundum se totam:

2. *Imperfecta*, quando in uno subjecto, unóve prædicato plures termini copulantur; & talis non facit Hypotheticam propositionem.

De veritate & falsitate harum Propositionum.

1. *Conditionalis* ea vera est, in qua est bona consequentia, falsa autem in qua consequentia non est certa. Veritas itaque conditionalis consistit non in veritate Categoricarum, sed in earum cohærentia.

2. *Causalis* ea vera est, in qua utraque pars vera & antecedens est causa illationis consequentis; falsa, si utravis harum conditionum deficit.

3. *Copu-*

3. *Copulativa* ea vera, cujus omnes propositiones sunt veræ; falsa, cujus omnes, vel aliqua propositio falsa.

4. *Disjunctiva* ea vera est, cujus aliqua pars vera, falsa autem cujus utraque pars falsa.

Propositionis Categoricæ accidentia sunt duplicia.

1. *Immediata*, quæ Naturam Categoricæ proximè sequuntur. Ut Quantitas, Qualitas; & hæ conveniunt Hypotheticæ gratia Categoricæ.

2. *Mediata*, quæ secundario & mediante Quantitate & Qualitate conveniunt. Ut Oppositio, Æquipollentia, Conversio; & hæ, si Æquipollentiam excipias, Hypotheticæ omnino non conveniunt.

Propositio dividitur in

Puram, quæ nullo *Modo* afficitur, &

Modalem, quæ afficitur *Modo*.

Modus autem est triplex.

1. *Nominis*, ut adjectivum in hac, Homo doctus disputat.

2. *Verbi*, ut adverbium in hac, Homo præclarè disputat.

3. *Propositionis*, qui modum compositionis subjecti cum prædicato determinat. Ut Verum, Falsum, Impossibile, Possibile, Contingens.

Ex his alii determinant Qualitatem solam propositionis; Ut Verum vel falsum: Alii Quantitatem materiæ propositionis; Ut impossibile, &c.

Modus indicat cujus materiæ sit propositio.

Duæ conditiones requiruntur ad conditionem *modi*,

1. Ut *determinet* non aliquam propositionis partem sed totius propositionis compositionem, ut à nominis verbique modis distinguatur.

2. Ut *determinet* eam ratione *materiæ*, i. e. ostendat] cujus materiæ propositio sit, ut distinguatur à vera & falsa.

Modalis propositio est quæ aliquot ex his quatuor modis est determinata, Necessarium, Impossibile, Contingens, Possibile.

1. *Necessarium* est, quod non aliter se habere potest.

2. Impossibile, quod non potest ita se habere.

3. *Contingens* est, quod est, & potest non esse.

4. *Possibile* est, quod non est, & potest esse.

Est *triplex materia* propositionis, & *quadruplex modus*, quia *materia contingens* duplicem habet considerationem. 1. Quando *prædicatum* non actu convenit cum Subjecto, & potest convenire; unde oritur modus *Possibilis*. 2. Quando *prædicatum* convenit Subjecto, & potest *non convenire*; unde oritur modus *Contingens*.

Notandum, *possibile* est *esse*, & *possibile* est *non esse*, (nam possibile non est esse, πόλοικον & præterea) non contradicunt, sed possunt esse simul veræ. Nam omne accidens possibile ex definitione, potest *esse* vel non *esse*.

Modi hujus prædicata sumuntur dupliciter, vel in sensu

Composito, in quo idem tempus importatur. Ut impossibile est sedentem stare, i. e. stare dum sedeat.

Vel *Diviso*, in quo aliud Tempus importatur. Ut possibile est sedentem stare, i. e. eum q... sedet posthac stare.

Notandum quod *modus* in Propositione m... dali determinat *Qualitatem*, ut Verbum *Est*... *non Est* in propositione pura.

Possibile est duplex.

1. Tantum *ut sit*.
2. Ut *sit* vel *non sit*.

Possibile esse & *non esse*, seu potentia *contra...ctionis*, non invenitur in Creaturis irrational... bus, sed *rationalibus*. Omnis enim Potentia r... tionalis potest agere, vel non agere.

Potentia *contradictionis* est duplex.

1. *Passiva*, quæ potest pati vel non pati.
2. *Activa*, quæ potest agere vel non agere.

Possibile ὡς ἐνεργήσειν ἂν quod ordinatur *ad... ctum*, *non necesse* est.

Possibile ὡς ἐνεργείᾳ ὂν quod *actu est*, est *n... cesse*.

Omne *Possibile* non coincidit cum modo *n... cesse*; proinde Hi Modi *Possibile est*, & *nec... est*, non coincidunt: aliquod verò coincidi... proinde hi, *non Possibile* & *necesse non*, coinc... dunt: recte & isti, *non necesse non* & *Possibile*.

Modalis propositionis duæ sunt partes,

1. *Materia*, quæ nihil aliud est quam ipsa C... tegorica *Propositio*.
2. *Forma*, quæ nihil aliud est quam *m...* ipse ad determinandam Categoricam adhibit...

De Accidentibus Modali Propositioni.

Modalis propositionis duplex est Quantitas

1. *Dicti*, & ipsius Categoricæ inclusæ in ...odali; & sic quadruplicem habet Quantita...em, sicut pura Categorica Propositio.

2. *Modi*, & sic dividitur in Universalem & ...articularem. Nulla autem Modalis proposi...o ex parte *modi* Indefinita est aut Singularis.

Prior Quantitas materialis est, posterior for...alis.

Modi Universales sunt, Necessarium, Impos...ibile. Particulares sunt, Possibile, Contingens.

Ex his modis dicitur Propositio modalis U...niversalis & Particularis.

Affirmatio & negatio in modali, est duplex.

1. *Dicti*, quando ipsa copula affirmatur vel ...egatur, ut in pura Categorica. Ut necesse est ...ominem esse Animal, vel non esse Asinum.
2. *Modi*, quando ipse modus negatur vel af...rmatur. Ut non necesse est, vel necesse est ...ominem esse Animal.

De Veritate & falsitate harum propositionum.

Propositio modalis de necessario vera est cu...s materia necessaria; falsa cujus materia im...ossibilis vel contingens.

De impossibili vera est cujus materia impossi...; falsa cujus materia necessaria vel contin...ens.

De contingenti vera cujus materia contin...ens; falsa cujus materia necessaria vel impos...ibilis.

GRAMMATICÆ RATIONIS,

Sive

INSTITUTIONIS LOGICÆ

PARS TERTIA.

PROPOSITIONIS doctrinâ explic[...]
râ, quæ per *partium orationis* dialecti[...]
Syntaxin, Judicio, secundo mentis human[...]
actui, dirigendo destinatur: ad *tertium* me[...]
tis *actum*, Discursum informandum accingimu[...]
quod *Propositionum syntaxi*, Oratione argumen[...]
tativa, sive rationem reddente absolvitur.

Præcipuum discursus instrumentum *Syllogi[...]*
mus dicitur, qui est orátio *Argumentativa*, in q[...]
quibusdam positis & concessis, necesse est al[...]
ud evenire, præter & propter ea quæ posi[...]
sunt & concessa.

V. g. Si velim ostendere omnem *impium* e[...]
miserum; id conficio apposita *ratione* tan[...]
evidentiæ ut pro concessa haberi mereat[...]
Scil. Quisquis *vindicis* omnipotentis iram *pr[...]*
vocat est *miser*; propter quod alterum sequi[...]
constet, tertiam addo propositionem, utrasq[...]
connectentem, scil. quod, omnis *impius* pro[...]
iram omnipotentis vindicis. Ex quibus om[...]
bus hæc argumentario conflatur. Omnis q[...]
vindicis omnipotentis iram provocat est m[...]
ser,

Omnis impius vindicis omnipotentis iram provocat, Ergo omnis impius est miser.

Argumentatio est rei controversæ ab alia admissa *illatio*; sive reductio *problematis* in *conclusionem* per *rationem* redditam. Scil. id quod evincendum proponitur, quamdiu in incerto hæret, *problema* seu *quæstio* dicitur; fide autem facta *conclusio* audit.

Illationis ratio ex his Principiis dependit.

1. Quæ *conveniunt* in aliquo *tertio*, conveniunt inter se.

2. Quorum *unum convenit*, alterum non convenit eidem tertio, *differunt* ea inter se.

3. Quorum *utrumque differt* ab eodem tertio, *incertum* est (saltem ex illo medio) quomodo se habeant ad invicem.

4. Quod *prædicatur universaliter* de aliquo, prædicatur similiter de *omnibus* sub eo contentis, idque sive affirmetur vel negetur. Sic enim est definitum λέγομεν τὸ κατὰ παντὸς κατη[γορ]εῖσθαι, ὅταν μηδὲν ᾖ τοῦ ὑποκειμένου λαβεῖν καθ' [...] θάτερον οὐ λεχθήσεται, καὶ τὸ κατὰ μηδενὸς ὡσαύ[τω]ς.

Hæc tam claram evidentiam secum ferunt, ut quæ his gemina, apud *Euclidem*, primo Elementorum pro *Axiomatis* habentur: & tanquam certitudinis Mathematicæ fundamenta, demonstrationi omni sunt præstructa.

Notandum, *affirmativorum* syllogismorum fundamentum à Logicis appellari *dictum* de *omni*; negativorum vero, *dictum* de *nullo*. Insuper

signum universale affirmativum (quod superius monitum) distribuere terminum cui immediate præfigitur; signum autem negativum distribuere omnia sequentia. Porro propositionem aut universalem aut particularem ex subjecto universaliter particulariterve sumto censeri. Demum attributum propositionis affirmativæ, siquidem ad subjectum referatur, pro restricto & specifico semper haberi. Cum enim dico Omnis homo est animal, minimè volo quod sit omne animal, ita enim esset brutum. Attributum autem negativæ semper sumi universaliter; cum enim dico Aliquis homo non est brutum, nego illum esse brutum cujuscunque generis.

Ex prædictis sequitur.

1. *Argumentationem tribus* terminis contineri, ut duo sint nimirum qui *conveniant*, & tertius in *quo* conveniant. Quæ conveniunt *extrema* vocantur, id in quo conveniunt *medium* dicitur. Scil. *lapidem deorsum* tendere conficitur, quia *gravis* est. In qua argumentatione *lapis* & id quod *tendit deorsum* sunt *extrema*; *grave* est medium. Quin notetur *prædicatum* quæstionis dici *majus* extremum, *subjectum*, *minus*. Porro major terminus qui & majus extremum dicitur, est amplior medio: proinde multo amplior parte aliqua medii, hoc est termino minore.

Dico *duos* requiri *terminos* qui *conveniant*, tertium in *quo* conveniant; quia termini quantumvis discrepantes, saltem qui Argumentationi inserviunt, per *cognationem* quandam id præstant, scil. quia alter extremorum cum medio prorsus convenit. Quin idem *medium*, cum altero extremorum *discrepantium* in illa sua discrepantia omnino *convenit*. V. g. conficio nullum *lapidem ascendere*, quia *lapis* omnis est *gravis*; at nullum *grave*, utique nec *lapis* ascendit.

Duo tantum esse posse in simplici comparatione *extrema* satis constat: illa enim solum quæ utrinque ultima, extrema dici possint; pariter unicum illud quod *medium*, & *extremis interjacens*. Quinimò cum, ut supra innuimus, ejus sit munus extrema *unire*, necesse habet ut in se maxime sit unitum; si enim *duo* essent *media* opus esset *tertio* quod intercederet, ad explorandam eorum ad invicem habitudinem, sicuti eorum duarum magnitudinum æqualitas aut inæqualitas exploratur duabus diversis, tertiâ mensurâ opus est, ad explorandam æqualitatem ipsarum mensurarum.

2. In argumentatione syllogisticâ tres sunt Propositiones.

1. *Problema* seu quæstio cui fides est facienda.

2. *Propositio* universalis, quæstionem ambitu suo complectens, quæ ideo *Major* appellatur propter majorem terminum quem habet.

3. *Propositio* prædictas connectens sive *applicans*, quæ proinde *minor* similiter dicitur.

Propositio complectens, & *applicans*, *præmissæ* vocantur; *problema* ipsum, ut monuimus, *conclusio*.

Major propositio, (quæ simpliciter *propositio*, vel *major* dici solet) est in qua majus extremum unitur medio.

Minor

Minor propositio (quæ & *assumtio* vel *minor* dicitur) est in qua minus extremum unitur medio.

Conclusio (quæ aliquando complexio appellatur) est in quâ majus extremum unitur minori.

Conclusio *directa* est quæ colligit prædicationem ex prædicatione, subjectionem ex subjectione; sive in qua major terminus est prædicatum.

Conclusio *indirecta* est quæ colligit prædicationem ex subjectione, vel subjectionem ex prædicatione; sive in qua major terminus est subjectum.

3. Quilibet *terminus* bis occurrit in quovis syllogismo. Siquidem enim quælibet propositio ex duobus terminis constat, *subjecto* & *attributo*, & tres sunt in syllogismo *Propositiones*, necesse est ut aliquis terminus in singulis *bis* occurrat. Quin & termini alternatim connectendi cum sint, & utraque extrema conclusionem efficiant; necesse erit ut *medius* terminus à *conclusione* eliminetur, cum altero extremorum in utrisque præmissis conjungendus.

4. *Syllogismus* non constat ex Propositionibus omnibus, nedum præmissis *negativis*. Hoc ex Axiomate tertio manifesto sequitur; neque enim distinctio duorum ab aliquo tertio, infert distinctionem illorum inter se.

Notandum tamen, quædam videri negativa quæ terminis tenus negant, vim vero habent affirmationis. Sic cum arguitur in hunc modum.

Nihil nisi ex partibus conflatum potest corrumpi,
Nulla Anima rationalis ex partibus conflatur,
Ergo Nulla anima rationalis potest corrumpi.

Hic *syllogismus* est prorsus *Affirmativus*, & sic efferri potest,

Omne simplex est incorruptibile,
Anima rationalis est simplex,
Ergo Anima rationalis est incorruptibilis.

Vel sic,

Quod non est animal, non est homo,
Lapis non est animal,
Ergo Lapis non est homo.

Ubi major revera sic efferri debet, Omnis homo est animal, & erit proinde major affirmativa.

Pariter de aliis hujus generis dicendum.

5. *Syllogismus* non constat ex Propositionibus omnibus nedum præmissis particularibus: ratio est quia termini particulares non possunt *distribui*, nec eorum unus *includere* alterum, ut vult *dictum de omni*, ac *nullo*; neque necesse ut quæ duo conveniunt eidem termino universali ex parte, ea inter se convenirent. Ut Quoddam Animal est homo, quoddam animal est brutum, *Ergo*, Brutum aliquod est homo.

Hinc vulgo dicitur.

Argumentari non est ex particulari,
Neve negativis, recte concludere sivis.

6. Non debet plus esse in *conclusione* quam erat in præmissis. Ratio manifesta est, quia conclusio educenda est ex præmissis; quod autem

tem alicui non inest quomodo ex illo elici potest?

7. *Conclusio* semper sequitur *debiliorem* partem. Hoc est si aliqua præmissarum aut sit negativa aut particularis, Conclusio pari ter se habebit. De negativis, patet ex 2. Axiomate generali: de particularibus patet, quia alias procederet à non distributo ad distributum, adeoque plus esset in conclusione quam præmissis.

8. In præmissis debet esse *terminus* unus *universalis*, præter illos illumve qui est in conclusione, quia quicunque terminus est universalis in conclusione, debet etiam esse in præmissis per reg. 6. superius positam, sed insuper & medius terminus semel saltem universaliter in præmissis sumi debet, ob causam prædictam.

9. Quando *conclusio* est *negativa*, major terminus in majori *universalis* esse debet; illo enim in casu terminus iste universaliter sumtus erat in conclusione; quia ut dictum signum negativum distribuit omnia sequentia sed per Reg. 6. non debet esse plus in conclusione quam præmissis.

10. Ubi *conclusio* est negativa, major non potest esse particularis affirmativa. In affirmativis quidem attributum pro particulari habetur, & in conclusione negativa est semper major terminus universalis; sed universale non sequitur ex particulari.

11. *Minor terminus* ita erit in conclusione, quemadmodum se habet in præmissis. Scil. minor terminus extra conclusionem solum est in pro-

propositione applicante; & proinde ibidem conformatur ad rationem illius, medii scil. cui terminum majorem restringendo applicat.

12. Ubi *minor* est negativa universalis, conclusio utique erit universalis. Sequitur hoc ex lemmate præcedente.

13. Conclusio negativa non sequitur ex præmissis affirmativis. Hoc ex primo Axiomate generali sequitur, si enim quæ conveniunt in tertio, conveniunt inter se, certe non different inter se.

14. Ex vero solum verum concludi potest, ex falsis & verum & falsum. Sc. in præmissis quibuscunque non materia solum sed & forma spectari debet: & quotiescunque in veris nec in materiâ nec formâ peccatur, secundum Axiomata prædicta illatio necessario succedet: sed in præmissis falsis, licet materia sit falsa, manet forma vera, unde contingit aliquando conclusionem, qualescunque fuerint præmissæ, veram esse posse, veram nimirum ratione *consequentis*, licet non ratione *consequentiæ*. V. g. cum dico hominem esse Asinum, ergo esse Animal, hoc consequitur ex identificatione animalis, ut est Genus, cum homine specie subjicibili: at vero consequentia sic deberet institui, Homo est Asinus, ergo animal irrationale rudens, sive identificatum cum Asino. Quod manifesto falsum est.

Contendunt quidem nonnulli, ex *falso directe* & per se *verum* sequi, idque demonstratione geometricâ non unâ comprobari: sed si res attendatur, comparebit demonstrationes istas aut

rem alicui non ineſt quomodo ex illo elici poteſt?

7. *Concluſio* ſemper ſequitur *debiliorem* partem. Hoc eſt ſi aliqua præmiſſarum aut ſit negativa aut particularis, Concluſio pariter ſe habebit. De negativis, patet ex 2. Axiomate generali: de particularibus patet, quia alias procederet à non diſtributo ad diſtributum, adeoque plus eſſet in concluſione quam præmiſſis.

8. In præmiſſis debet eſſe *terminus* unus *univerſalis*, præter illos illumve qui eſt in concluſione, quia quicunque terminus eſt univerſalis in concluſione, debet etiam eſſe in præmiſſis per reg. 6. ſuperius poſitam, ſed inſuper & medius terminus ſemel ſaltem univerſaliter in præmiſſis ſumi debet, ob cauſam prædictam.

9. Quando *concluſio* eſt *negativa*, major terminus in majori *univerſalis* eſſe debet; illo enim in caſu terminus iſte univerſaliter ſumtus erat in concluſione; quia ut dictum ſignum negativum diſtribuit omnia ſequentia ſed per Reg. 6. non debet eſſe plus in concluſione quam præmiſſis.

10. Ubi *concluſio* eſt negativa, major non poteſt eſſe particularis affirmativa. In affirmativis quidem attributum pro particulari habetur, & in concluſione negativa eſt ſemper major terminus univerſalis; ſed univerſale non ſequitur ex particulari.

11. *Minor terminus* ita erit in concluſione, quemadmodum ſe habet in præmiſſis. Scil. minor terminus extra concluſionem ſolum eſt in propoſitione applicante; & proinde ibidem conformatur ad rationem illius, medii ſcil. cui terminum majorem reſtringendo applicat.

12. Ubi *minor* eſt negativa univerſalis, concluſio utique erit univerſalis. Sequitur hoc ex lemmate præcedente.

13. Concluſio negativa non ſequitur ex præmiſſis affirmativis. Hoc ex primo Axiomate generali ſequitur, ſi enim quæ conveniunt in tertio, conveniunt inter ſe, certe non differunt inter ſe.

14. Ex vero ſolum verum concludi poteſt, ex falſis & verum & falſum. Sc. in præmiſſis quibuſcunque non materia ſolum ſed & forma ſpectari debet: & quotieſcunque in veris nec in materiâ nec formâ peccatur, ſecundum Axiomata prædicta illatio neceſſario ſuccedet: ſed in præmiſſis falſis, licet materia ſit falſa, manet forma vera, unde contingit aliquando concluſionem, qualeſcunque fuerint præmiſſæ, veram eſſe poſſe, veram nimirum ratione *conſequentis*, licet non ratione *conſequentiæ*. V. g. cum dico hominem eſſe Aſinum, ergo eſſe Animal, hoc conſequitur ex identificatione animalis, ut eſt Genus, cum homine ſpecie ſubjicibili: at vero conſequentia ſic deberet inſtitui, Homo eſt Aſinus, ergo animal irrationale rudens, ſive identificatum cum Aſino. Quod manifeſto falſum eſt.

Contendunt quidem nonnulli, ex *falſo directe* & per ſe *verum* ſequi, idque demonſtratione geometricâ non unâ comprobari: ſed ſi res attendatur, comparebit demonſtrationes iſtas aut

aut ad *inconveniens* solummodo & *absurdum* deducere; aut medio absolute *vero* inniti. Certe illa quam præ aliis jactat *Tacquettus*, qua probatum contendit systema aqueum in globo terraqueo esse *sphæricum*, *quia non est sphæricum*; aliter se habet. Nimirum in ejus argumentatione id non exinde conficitur: sed aut ex eo, quod omnes aquæ partes liquidæ cum sint undequaque subsidunt, & proinde ad centrum tendunt, quæ vero partes ad centrum ex æquo tendunt, corpus sphæricum conficiunt; medio sc. absolute vero, aut, ut dictum, ad absurdum deducendo.

DE SYLLOGISMORUM FIGURIS ET MODIS.

Positis *Syllogismi fundamentis*, ad ejusdem *fabricam* progrediendum; ubi notetur, duo spectari posse.

1. *Dispositionem medii* termini.
2. *Qualitatem Quantitatemque* propositionum.

Altera *figuram*, altera *modum* Syllogismorum determinat.

Figura est *dispositio* legitima *medii* termini cum partibus Quæstionis.

Dispositio vero ista omnino est *quadruplex*. Cum enim (prout dictum) *medius* terminus bis sit in præmissis, ibique aut *subjectum* aut *prædicatum* esse oporteat; & tantum in præmissis, non autem conclusione esse possit: prorsus necesse est ut sit vel *subjectum* majoris & *prædicatum*

tum minoris, & dicitur *prima* figura: vel *prædicatum* & *majoris* & *minoris*, & dicitur *secunda* figura: vel *subjectum* & *majoris* & *minoris*, & dicitur *tertia* figura: vel demum *prædicatum majoris* & *subjectum minoris*, & dicitur *quarta* figura. Cum ergo quatuor tantum modis disponi possit medius terminus, sequitur quatuor tantum possibiles esse figuras.

Sub præ prima, & bis præ secunda, & tertia bis sub.
Prædicat at quarta, & tum postea subjicietur.

Interim notandum tres tantum figuras priores usu esse receptas, quarta insuper habita; quod nonnulli *Aristoteli* imputant, tanquam præ ignorantia omisisset; & *Galeno* tanquam ejusdem inventori multum eo nomine gratulantur. Constat tamen *Stagiritam* nexum illum terminorum probe cognovisse, sed ob illationis modum parum accomodum rejecisse Nos quia Methodi intererit illam non præterire, tanquam distinctam figuram recensebimus.

Modus est legitima propositionum secundum *quantitatem* & *qualitatem* determinatio.

In qualibet ergo *figura* tot modi sunt quot esse possunt trium propositionum in quantitate & qualitate *varietates*.

Suprà ostendimus propositiones secundum *quantitatem* esse aut universales, aut particulares, secundum *qualitatem* affirmativas vel negativas, pariterque notis A E, I, O, insigniri; hæc autem quatuor tripliciter conjuncta 64 omnino varietates admittunt, & proinde totidem.

dem possibiles in singulis figuris dicentur *Modi*.

AAA, AAE, AAI, AAO, AEA, AEE, AEI, AEO, AIA, AIE, AII, AIO, AOA, AOE, AOI, AOO, EAA, EAE, EAI, EAO, EEA, EEE, EEI, EEO, EIA, EIE, EII, EIO, EOA, EOE, EOI, EOO, IAA, IAE, IAI, IAO, IEA, IEE, IEI, IEO, IIA, IIE, III, IIO, IOA, IOE, IOI, IOO, OAA, OAE, OAI. OAO. OEA. OEE. OEI. OEO. OIA. OIE. OII. OIO. OOA. OOE. OOI. OOO.

At vero quoniam illationem legitimam ex regulis præcedentibus pendere ostendimus, ad illas utique *Modi* omnes exigendi sunt, istis solum admissis qui secundum eas instituuntur; reliquis, quæ adversus illas aut earum aliquam peccant, rejectis & eliminatis.

Per regulam 4. & 5, 28 modi excluduntur, quales, EEA. EEE. EEI. EEO. EOA. EOE. EOI. EOO. IIA. IIE. III. IIO. IOA. IOE. IOI. IOO. OEA. OEE. OEI. OEO. OIA. OIE. OII. OIO. OOA. OOE. OOI. OOO.

Per regulam sextam & septimam excluduntur 18. AEA. AEI. AIA. AIE. AOA. AOE. AOI. EAI. EIA. EIE. EII. IAA. IEA. IEE. IEI. OAA. OAE. OAI.

Per regulam decimam tertiam excluduntur sex AAO. AAE. AIE. IIO. IAO. IAE.

Per regulam decimam excluditur unus modus scil. IEO.

Per regulam 11 excluditur unus modus, scil. AEO. numero vero isti 28, 18, 6, 1, 1, sibi additi faciunt 54. qui numerus prædicto 64. subductus, residuum facit 10. quatuor modos affirmativos AAA, AII, AAI, IAI. sex negativos OAO, EAE, AEE, EAO, AOO, EIO. relinquens.

DE PRIMA FIGURA.

Primam figuram diximus esse, quæ *medium* terminum habet pro *subjecto majoris*, & *prædicato minoris*.

Duæ sunt regulæ figuram hanc speciatim concernentes.

1. *Sit minor affirmans.*
2. *Nec major sit specialis.*

I e. Minor in prima figura semper debet esse affirmativa. Aliter major itidem erit affirmativa, ne duæ præmissæ sint negativæ contra reg. 4. & proinde conclusio negativa per 7: in quo casu major terminus erit ibidem universalis,

quia attributum est propositionis negativæ, cujus signum distribuit omnia sequentia: sed tamen in majori esset particularis, quia diximus illam debere esse affirmativam, cujus attributum semper est particulare, unde accideret universale ex particulari deduci contra reg. 6.

Major in prima figura semper debet esse universalis. Siquidem minor propositio per regulam præcedentem sit affirmativa; medius terminus qui est attributum ibidem est particularis, ergo in majori debet esse universalis, ne ex particularibus conclusio inferatur contra reg. 5.

Per primam istarum regularum excluduntur A E E, A O O.

Per secundam excluduntur I A I & O A O.

Demum A A I, & I A O excluduntur, quia minor terminus ita debet esse in præmissis ut est in conclusione per reg. 11. hic vero cum sit subjectum assumtionis in propositione Affirmante, ibi erit particularis.

Sex vero istis modis ex decem subductis solum quatuor remanent. scil. 2. Affirmativi A A A, A I I, & 2. Negativi E A E, E I O. quæ Notæ memoriæ sublevandæ causa vocibus quibusdam Technicis inferuntur, scil.

bArbArA, cElArEnt, primæ dArII, fErIoque

bAr	Omnis Deo dilectus est beatus,
bA	Omnis pius est Deo dilectus,
rA	*Ergo* omnis pius est beatus.

cE	Nullus Dei hostis est beatus,
lA	Omnis improbus est Dei hostis,
rEnt	*Ergo* Nullus improbus est beatus.

dA	Quicquid æternæ saluti confert est amplectendum,
rI	Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
I	*Ergo* Quædam calamitates sunt amplectendæ.

fE	Nihil æternæ saluti conferens est detrectandum,
rI	Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
O	*Ergo* Quædam calamitates non sunt detrectandæ.

Observandum in primâ hâc Figurâ, secundum omnes varietates quantitatis & qualitatis AEIO concludi, quod ipsi est peculiare: ut etiam quod in A concludat.

DE SECUNDA FIGURA.

Secundam figuram diximus esse quæ *medium* terminum habet pro *attributo* utriusque Præmissæ.

Duæ sunt *regulæ* figuram hanc speciatim respicientes.

1. *Una negans præat.*
2. *Nec minor sit specialis,*

quia attributum est propositionis negativæ, cujus signum distribuit omnia sequentia: sed tamen in majori esset particularis, quia diximus illam debere esse affirmativam, cujus attributum semper est particulare; unde accideret utum universale ex particulari deduci contra reg. 6.

Major in prima figura semper debet esse universalis. Siquidem minor propositio per regulam præcedentem sit affirmativa; medius terminus qui est attributum ibidem est particularis, ergo in majori debet esse universalis, ne ex particularibus conclusio inferatur contra reg. 5.

Per primam istarum regularum excluduntur AEE, AOO.

Per secundam excluduntur IAI & OAO.

Demum AAI, & IAO excluduntur, quia minor terminus ita debet esse in præmissis ut est in conclusione per reg. 11. hic vero cum sit subjectum assumtionis in propositione Affirmante, ibi erit particularis.

Sex vero istis modis ex decem subductis solum quatuor remanent. scil. 2. Affirmativi AAA, AII, & 2. Negativi EAE, EIO. quæ *Notæ* memoriæ sublevandæ causa vocibus quibusdam Technicis inseruntur, scil.

bArbArA, cElArEnt, primæ dArII, fErIoque

bAr Omnis Deo dilectus est beatus,
bA Omnis pius est Deo dilectus,
rA *Ergo* omnis pius est beatus.

cE Null

cE Nullus Dei hostis est beatus,
lA Omnis improbus est Dei hostis,
rEnt *Ergo* Nullus improbus est beatus.

dA Quicquid æternæ saluti confert est amplectendum,
rI Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
I *Ergo* Quædam calamitates sunt amplectendæ.

fE Nihil æternæ saluti conferens est detrectandum,
rI Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
O *Ergo* Quædam calamitates non sunt detrectandæ.

Observandum in primâ hâc Figurâ, secundum omnes varietates quantitatis & qualitatis AEIO concludi, quod ipsi est peculiare: ut etiam quod in A concludat.

DE SECUNDA FIGURA.

Secundam figuram diximus esse quæ *medium* terminum habet pro *attributo* utriusque Præmissæ.

Duæ sunt *regulæ* figuram hanc speciatim respicientes.

1. *Una negans præat.*
2. *Nec minor sit specialis,*

 Id

quia attributum est propositionis negativæ, cujus signum distribuit omnia sequentia: sed tamen in majori esset particularis, quia diximus illam debere esse affirmativam, cujus attributum semper est particulare; unde accideret universale ex particulari deduci contra reg. 6.

Major in prima figura semper debet esse universalis. Siquidem minor propositio per regulam præcedentem sit affirmativa; medius terminus qui est attributum ibidem est particularis, ergo in majori debet esse universalis, ne ex particularibus conclusio inferatur contra reg. 5.

Per primam istarum regularum excluduntur AEE, AOO.

Per secundam excluduntur IAI & OAO.

Demum AAI, & IAO excluduntur, quia minor terminus ita debet esse in præmissis ut est in conclusione per reg. 11. hic vero cum sit subjectum assumtionis in propositione Affirmante, ibi erit parricularis.

Sex vero istis modis ex decem subductis solum quatuor remanent. scil. 2. Affirmativi AAA, AII, & 2. Negarivi EAE, EIO. quæ *Notæ* memoriæ sublevandæ causa vocibus quibusdam Technicis inferuntur, scil.

bArbArA, cElArEnt, primæ dArII, fErIoque.

bAr	Omnis Deo dilectus est beatus,
bA	Omnis pius est Deo dilectus,
rA	*Ergo* omnis pius est beatus.

cE Null

cE	Nullus Dei hostis est beatus,
lA	Omnis improbus est Dei hostis,
rEnt	*Ergo* Nullus improbus est beatus.
dA	Quicquid æternæ saluti confert est amplectendum,
rI	Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
I	*Ergo* Quædam calamitates sunt amplectendæ.
fE	Nihil æternæ saluti conferens est detrectandum,
rI	Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
O	*Ergo* Quædam calamitates non sunt detrectandæ.

Observandum in primâ hâc Figurâ, secundum omnes varietates quantitatis & qualitatis AEIO concludi, quod ipsi est peculiare: ut etiam quod in A concludat.

DE SECUNDA FIGURA.

Secundam figuram diximus esse quæ *medium terminum* habet pro *attributo* utriusque Præmissæ.

Duæ sunt *regulæ* figuram hanc speciatim respicientes.

1. *Una negans præat.*
2. *Nec minor sit specialis,*

 Id

quia attributum est propositionis negativæ, cujus signum distribuit omnia sequentia: sed tamen in majori esset particularis, quia diximus illam debere esse affirmativam, cujus attributum semper est particulare; unde accideret universale ex particulari deduci contra reg. 6.

Major in prima figura semper debet esse universalis. Siquidem minor propositio per regulam præcedentem sit affirmativa; medius terminus qui est attributum ibidem est particularis, ergo in majori debet esse universalis, ne ex particularibus conclusio inferatur contra reg. 5.

Per primam istarum regularum excluduntur A E E, A O O.

Per secundam excluduntur I A I & O A O.

Demum A A I, & I A O excluduntur, quia minor terminus ita debet esse in præmissis ut est in conclusione per reg. 11. hic vero cum sit subjectum assumtionis in propositione Affirmante, ibi erit particularis.

Sex vero istis modis ex decem subductis solum quatuor remanent. scil. 2. Affirmativi A A A, A I I, & 2. Negativi EAE, EIO. qui Notæ memoriæ sublevandæ causa vocibus quibusdam Technicis inferuntur, scil.

bArbArA, cElArEnt, primæ dArII, fErIoque.

bAr	Omnis Deo dilectus est beatus,
bA	Omnis pius est Deo dilectus,
rA	*Ergo* omnis pius est beatus.

cE Null

cE	Nullus Dei hostis est beatus,
lA	Omnis improbus est Dei hostis,
rEnt	*Ergo* Nullus improbus est beatus.
dA	Quicquid æternæ saluti confert est amplectendum,
rI	Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
I	*Ergo* Quædam calamitates sunt amplectendæ.
fE	Nihil æternæ saluti conferens est detrectandum,
rI	Quædam calamitates æternæ saluti conferunt,
O	*Ergo* Quædam calamitates non sunt detrectandæ.

Observandum in primâ hâc Figurâ, secundum omnes varietates quantitatis & qualitatis AEIO concludi, quod ipsi est peculiare: ut etiam quod in A concludat.

DE SECUNDA FIGURA.

Secundam figuram diximus esse quæ *medium* terminum habet pro *attributo* utriusque Præmissæ.

Duæ sunt *regulæ* figuram hanc speciatim respicientes.

1. *Una negans præat.*
2. *Nec minor sit specialis,*

Id est, altera præmissarum debet esse negativa, & conclusio exinde etiam negativa.

De conclusione sequitur ex Reg. 7. alterum sequitur, quia si utraque præmissa esset affirmativa, medius terminus, qui utrobique est attributum, esset particularis; & proinde totus syllogismus particularis contrà reg. 5. Imo falsum ex vero inferretur, ut

Omne accidens est Ens,
Omnis Substantia est Ens,
Ergo Omnis Substantia est accidens.

At hoc non consistit cum syllogismi legitimi regulis.

2. Major semper est universalis.

Hæc ex primâ sequitur, cum enim conclusio sit negativa, terminus ejusdem major, qui est attributum, erit Universalis: cum vero is Majoris propositionis sit subjectum, (ibi enim Medius terminus est attributum) erit etiam universalis; aliter plus erit in conclusione quam præmissis contra reg. 6. Quin & ex vero falsum sequetur, ut, Aliquis homo est albus,

Nullus Æthiops est albus,
Ergo aliquis Æthiops non est homo.

Modus igitur iste ἀσυλλόγιστος erit.

Causa generalior utriusque regulæ est hæc: juxta naturam figuræ primæ, quæ fundamento est reliquis duabus, major terminus communior esse debet medio, & hic minori: quod, ubi prædicato majoris propositionis particularis additur medius, contingere haudquaquam necesse.

Per *primam* istarum regularum excluduntur AAA, AII, AAI, IAI.

Per *secundam* excluditur O A O.

Demum E A O excluditur hic ob eandem causam, propter quam eliminatur in *primâ* figura, quia scil. minor terminus debet ita esse in præmissis ut in conclusione per reg. 11.

Sex vero istis modis ex decem subductis, solum *quatuor* remanebunt duo universales, EAE, AEE, & duo particulares EIO, AOO, quæ notæ memoriæ causa vocibus Technicis it inseruntur.

cEs	Nemo omnium indigus est felix,
A	Omnis præsente fortuna contentus est felix,
rE	*Ergo* Nemo præsente fortuna contentus est omnium indigus.
cAm	Omnis amicus proprio dispendio Amicum sublevat,
Es	Nullus Avarus proprio dispendio Amicum sublevat,
trES	*Ergo* nullus Avarus est Amicus.
fEs	Nulla virtus est turpis,
tI	Aliqua voluptas est turpis,
nO	*Ergo* aliqua voluptas non est virtus.
bA	Omnis bonus aliorum commodis delectatur,
rOc	Aliquis invidus aliorum commodis non delectatur,
O	*Ergo* Aliquis invidus non est bonus.

DE TERTIA FIGURA.

Tertiam figuram diximus esse quæ *medium* terminum habet pro *subjecto* utriusque præmissæ.

Duæ sunt regulæ speciatim hanc figuram respicientes.

1. *Sit minor Affirmans.* 2. *Conclusio sit specialis.*

1. Scil. Minor in tertiâ figurâ debet esse Affirmativa.

Hoc accidit ob rationes in prima figura allatas, utrobique enim attributum conclusionis, est itidem Majoris. Alias ex vero falsum colligeretur; ut

Omnis homo est animal,
Nullus homo est brutum,
Ergo aliquod brutum non est animal.

2. Conclusio debet esse Particularis.

Cum enim minor propositio sit Affirmativa, attributum illius erit particularis, ut supra ostensum, & proinde conclusio pariter se habebit per reg. 11. Quin medius terminus est subjectum utriusque præmissæ, adeoque angustior extremis: quare à parte duntaxat extremorum concludere licet.

Per *primam* istarum regularum A E E & A O O excluduntur, quia scil. minor non potest esse negativa.

Per *secundam* excluduntur A A A & E A E, quia scil. conclusio non potest esse universalis.

Quatuor vero istis modis ex decem subductis solum 6 remanebunt, scil. 3 Affirmativi *AA*

A A I, A I I, I A I, & 3 negativi E A O, E I O, O A O, quæ memoriæ causa, vocibus *Technicis* ita inferuntur.

Tertia dARAptI sibi vindicat, atque fElAptOn
Adjungens dIsAmIs, dAtIsI, bOcArdO, fErIsOn.

dA Omnis timor prodit suppetias à ratione oblatas,
rAp Omnis timor experit securitatem,
tI *Ergo* aliquid experens securitatem prodit suppetias à ratione oblatas.

fE Nulla virtus adfert miseriam,
lAp Omnis virtus est laboriosa,
tOn *Ergo* aliquod laboriosum non adfert miseriam.

dIs Aliquis malus est dives,
Am Omnis malus est miser,
Is *Ergo* aliquis miser est dives.

dA Omnis affectibus suis imperans est rex,
tIs Aliquis affectibus suis imperans est pauper,
I Ergo aliquis pauper est rex.

bOc Aliqua scientia non est à viro pietatem professo expetenda:
Ar Omnis scientia est honorifica,
do *Ergo* aliquid honorificum non est à viro pietatem professo expetendum.

fE

fE	Nihil quod Deus asserit est falsum,
rIs	Aliquid quod Deus asserit superat captum humanum,
On	*Ergo* aliquid quod superat captum humanum non est falsum.

Huc usque syllogismi qui directè concludunt. Sunt & alii qui concludunt indirecte, & à nonnullis primæ figuræ, ab aliis, ut supra monitum, quartæ deputantur.

DE QUARTA FIGURA.

Tres sunt *regulæ* figuram hanc speciatim respicientes.

1. *Si affirmat major, minor est nunquam specialis.*
2. *Si minor affirmet; conclusio fit specialis.*
3. *Hæc sed quando negat, major non est specialis.*

1. Scil. Quando major in quarta figura est Affirmativa, minor est Universalis. Medius terminus enim est attributum majoris, unde particulariter sumitur: ne ergo in utrisque præmissis contra 5. reg. sit particularis, Oportet ut sit in minori Universalis.

2. Quando minor est affirmativa, conclusio est particularis: quia minor terminus, qui est attributum minoris, particulariter sumitur: unde pariter se habebit in conclusione, per reg. 11.

3. Quando conclusio est negativa, major est universalis. Siquidem major terminus negetur in conclusione, universaliter utique sumitur, oportet ergo ut ita sumatur in præmissis; sed major terminus est subjectum majoris propositionis, erit itaque ibidem universalis per reg. 6.

Per *primam* istarum regularum excluduntur A I I. & A O O,

Per *secundam* excluduntur A A A, & E A E.

Per *tertiam* excluduntur O A O.

Quinque vero istis modis ex decem subductis, solum 5 remanebunt, 2 Affirmativi, A A I, I A I, & 3 negativi, A E E, E A O, E I O quæ *notæ* memoriæ causa vocibus Technisita inseruntur.

bArbArI, cAlEntEs, dIbAtIs, fEspAmO, frEsIsOm.

bAr	Omnis qui invidet etiam odit,
bA	Omnis qui odit est homicida,
rI	*Ergo* aliquis homicida est invidus.
cA	Omnia vitæ incommoda sunt temporaria,
lEn	Nullum temporarium est intolerabile,
tEs	*Ergo* nulla intolerabilia sunt vitæ incommoda.
dI	Aliquis pauper opportune loquitur,
bA	Omnis qui opportune loquitur est observandus,
tIs	*Ergo* aliquis observandus est pauper.

fF Nul-

fEſ Nullum laudabile eſt coactum,
pAm Omne coactum alteri debetur,
O *Ergo* aliquid quod alteri debetur non eſt laudabile.

frEſ Nemo qui pluribus inhiat eſt ſua ſorte contentus,
Iſ Aliquis ſuâ ſorte contentus eſt pauper,
Om *Ergo* aliquis pauper non pluribus inhiat.

Si rationes ſubducantur, in *prima* figura 4 modi, in *ſecunda* 4, in *tertia* 6, in *quarta* 5 efficiunt 19. Ex his *univerſaliter* concludunt 5, *particulariter* 14. & quidem, *Affirmative* 7. *negative* 12.

Concludunt enim in A 1, in E 4, in I 6, in O 8.

DE REDUCTIONE SYLLOGISMORUM.

Syllogiſmi primæ figuræ duplici nomine reliquis ſunt potiores, 1. quod *enunciationi* univerſæ *accommodæ*, per ſingulas propoſitionum varietates, Affirmationis ſcil. Negationis, Univerſalitatis, & Particularitatis ſe extendant. 2. Quod concluſionem deducant *evidentia* maxime conſpicua, *medio* ita diſpoſito, ut nexus ejuſdem cum extremis ſtatim appareat: ſiquidem ſitu medius alteri eorum ſubjicitur, de altero prædicatur: cum in reliquis figuris termini quaſi luxentur, & medium officio tantum & poteſtate interponatur: ſitu vero ſit extremum.

Reducuntur igitur reliquæ figuræ ad modos primæ. Totum autem operæ hujus artificium in hoc ferè conſiſtit, ut per propoſitionum *tranſpoſitionem* aut etiam *converſionem* ſecundum *regulas* traditas, ſervatis etiam Argumentationis legibus, *ſyllogiſmus* aliquis modi *ſequioris* ad *Analogum* primæ figuræ *modum* transferatur; ſcil. Syllogiſmus in Cæſare, fiat in Celarent, Datiſi, in Darii, &c. Prout literæ primæ vocabulorum monſtrant.

Notandum *reductionem* eſſe duplicem, vel *oſtenſivam*, vel per *impoſſibile*.

1. Reductio *oſtenſiva* eſt quæ fit propoſitionibus, ut dictum, converſis aut tranſpoſitis: ita ut concluſio per Syllogiſmorum *primæ* figuræ evincatur, quæ juxta poſteriorum aliquam eliciebatur, at ſine tanta neceſſariæ conſequentiæ luce & evidentiâ.

2. Per *impoſſibile*, quæ fit alterâ præmiſſarum manente, & *contradicente concluſionis* loco alterius poſitâ. Scil. ubi *Argumentatione* habitâ ex ſequiorum modorum figurarumque aliquo, *conceſſis præmiſſis*, de *illatione* nondum ſatisfit, & reductioni directæ non eſt locus, hæc una convincendi manet methodus, ut relictâ alterâ præmiſſarum, & contradictoriâ concluſionis loco alterius præmiſſæ poſita; *abſurda concluſio* in prima figura colligatur: quæ evidenter falſa cum ſit, & tamen ex præmiſſis apertè ſequatur; quia ex veris falſum elici non poſſit, neceſſe eſt alteram præmiſſarum eſſe

falsam: at propositionum illa quæ olim admissa (salva verecundia) falsa non est dicenda; relinquitur ergo ut altera sit falsa, ejusque contradictoria vera; (quia impossibile est duas contradictorias esse falsas) atqui conclusio prius rejecta contradicit illi quæ falsa esse jam demum agnoscitur, vera igitur est te invito conclusio prior.

Diximus figurarum modorumque analogiam, in tyronum compendium, vocibus *Technicis* quæ vulgo adhibentur indigitari, sic autem se habent.

1. Quatuor literis initialibus B C D F signantur modi omnes.

2. *Prima litera* cujusque modi *imperfecti* significat modum illum reduci ad *perfectum* ab eadem litera incipientem.

Ut qui à B exordium sumunt ad bArbArA, qui à C ad cElArEnt reducendi, &c.

3. Duæ consonantes S & P designant *conversionem* propositionis significatæ per vocalem proxime præcedentem, S quidem conversionem *simplicem*, P vero conversionem per *Accidens*.

4. M ubicunque posita, significat *transponendas* Præmissas.

5. Litera C in medio posita denotat modum non posse reduci ostensive, sed tantum per *impossibile*,

S vult simpliciter verti, P vero per Acci.
M vult transponi, C per impossibile duci.

cEs Nullus diligendus Amicitias dissolvit,
A Omnis delator amicitias dissolvit,
rE *Ergo* nullus delator est diligendus.

cE Nullus Amicitias dissolvens est diligendus,
lA Omnis delator amicitias dissolvit,
rEnt *Ergo* nullus delator est diligendus.

dIs Aliqua cæcitas est ignorantia,
Am Omnis cæcitas est misera,
Is *Ergo* aliquod miserum est ignorantia.

dA Omnis cæcitas est misera,
tIs Aliqua ignorantia est cæcitas,
I *Ergo* aliqua ignorantia est misera.

Sic etiam de ceteris.

Notandum *omnes modos* secundæ ac tertiæ figuræ, non solum *ostensive*, sed etiam per *impossibile* reduci posse ad primam, præter bArOcO & bOcArdO, qui hoc tantum modo & non etiam ostensivè reduci possunt; quod etiam per indicem literam denotatur.

In *secunda figura* servatur *major*, contradictione conclusionis in locum minoris suffecta.

In *tertia* servatur *minor*, contradictione conclusionis suffectâ in locum majoris.

Servat majorem, variatque secunda minorem,
Tertia majorem variat, servatque minorem.

bA Omne bonum est in nostra potestate,
rOc Aliquis honos non est in nostra potestate,
O *Ergo* aliquis honos non est bonus.

bAr Omne bonum est in nostra potestate,
bA Omnis honor est bonus,
rA *Ergo* omnis honos est in nostra potestate. Quod propositioni concessæ contradicit.

DE INVENTIONE MEDII.

De *medio* quatenus necessario, contingenter, aut saltem fallaciter *conclusionem* infert, alibi agendum; hic solum spectatur ejusdem habitudo ad *formam syllogisticam* superius traditam, secundum *figurarum modorumque* diversitatem.

Manifestum autem est illud quod in *pluribus* figuris & modis probari potest, esse probatu *facilius*; id quod in paucioribus, difficilius; itaque *universalis affirmativa* probatu difficillima est, quia potest tantum probari in *bA bArA*, proxima est *universalis negativa*, quæ probari potest solum tribus modis cElarEnt, cEsArE, cAmEstrEs. Tertia est *particularis affirmans* quæ 4 agnoscit modos dArII, dAraptI, dIsAmIs dAtIsI. Omnium probatu facillima est *particularis negans*, quæ 6 modis probari potest fErIO, fEstInO, bArOcO, fElAptOn, bOcArdO, fErIsOn. Pariter dicendum de propositionibus refutandis, prout scil. earum opposita

in pluribus paucioribusque modis & figuris concluduntur.

Notandum *medium* cum extremis comparari posse, ut *antecedens*, ut *consequens*, & ut *repugnans*. *Medium* vero dici *antecedens* cum in Enunciatione affirmata *subjicitur*; *consequens* cum in Enunciatione affirmata *prædicatur*; *repugnans* cum *subjicitur* aut *prædicatur* in enunciatione negatâ.

Hinc facile est colligere, cujusmodi *medium* figura quæque ac modus postulat. In bArbArA & dArII, medium est antecedens prædicati, & consequens subjecti, scil. conclusionis seu quæstionis propositæ: in cElArEnt, fErIO, cEsArE fEstInO, repugnans prædicati, & consequens subjecti: in cAmEstrEs & bArOcO consequens prædicati & repugnans subjecti: in dArAptI dIsAmIs & dAtIsI, antecedens utriusq; extremi: in fElAptOn bOcArdO & fErIsOn repugnans prædicati, & antecedens subjecti.

Doctrina hæc versibus istis *Technicis* clauditur per NAPCAS, NIPCIS, vel NIPIS, REPSERE, CEPRES,

Et ROPCOS, COPROS, NOSROP medium invenis omne.

In quibus vocabulis considerandæ sunt vocales primum AEIO, quæ qualitatem & quantitatem designant, deinde appendendæ sunt consonantes NCRSP quarum N denotat antecedens, C conseq. R repugnans, S subjectum, P prædicatum. Itaque si probanda esset conclusio universalis affirmans NAPCAS indicabit

suis consonantibus NPCS medium requiri quod sit antecedens prædicati & consequens subjecti; & sic de ceteris.

V. g. dubitatur utrum *virtus* sit *bona*, quæro primum *consequentia* prædicati; *eligendum*, *utile*; &c. deinde *antecedentia*, *felicitas*, *laus*, *officium*, &c. deinde quæro *consequentia* subjecti, scil. *tranquillum*, secundum *naturam*, &c. Propono jam conclusionem universalem, *Omnis virtus est* bona, quæ reperitur in NAPCAS duntaxat, quæ vox indicat medium debere esse *antecedens* prædicati & *consequens* subjecti: desumo ergo v. g. *secundum naturam*, & conficio syllogismum in bArbArA. *Quicquid est secundum naturam est bonum*, *Omnis virtus est secundum naturam*, ergo *Omnis virtus est bona*, sic etiam de ceteris.

Totum hoc negotium de medio apte indagando, de reductione (ubi qualitas & quantitas conclusionis præcipue attendenda est,) & de modis syllogizandi directis ac necessariis, vocibus non minus barbaris quam sunt illæ vulgo receptæ expeditur facile.

1. Ba-ab a. be-ab e. ba-ib i. be-ib-o.

2. Seb-ab-e. mab-seb-es. seb-ib o. ab-cob-o.

3. Ba-ba-pi. be-ba-po. bis-ba-mi. ba-bi-i. bec-ba-o. be-bis-o. Hic a, omnis. e, nullus. i, aliquis. o aliquis non. b, medius terminus, qui ante vocalem est subjectum, post eam prædicatum. s, simplex conversio. p, per accidens, m, transpositio propositionis, c, reductio per impossibile.

D E

DE SYLLOGISMO COMPOSITO.

Huc usque de syllogismo *simplici*, sequitur *compositus*. Quemadmodum enim non solum sunt propositiones Categoricæ seu *simplices*; sed etiam hypotheticæ, seu *compositæ*, pariter de *syllogismis* se res habet, quipe qui ex propositionibus utriusque generis conflantur.

Syllogismus *compositus* est, qui ex altera vel utraque præmissarum composita conflatur.

Notetur in *syllogismo* hoc, terminorum dispositionem, quæ in *figuris* obtinet, minime spectari. Siquidem propositionum compositarum *Forma* (ut supra monuimus) non ex *unione extremorum* per *copulam* pendet, sed totarum Categoricarum per *conjunctionem*. Porro licet plurimi ex syllogismis istis ad simplices facile reducantur, & proinde ad illarum leges exigi possint: nonnulli tamen sunt qui haud ita facile in Categoricas reducuntur, & ab earum indole prorsus sunt alieni, scil. non raro ex *quatuor terminis* simplicibus constant, duobus eorum in unum medium peculiari quodam jure coalescentibus, proinde *argumentatio* omnis *hypothetica* ex generalibus quidem illationis *principiis* superius positis dependet; habito insuper respectu ad *propositionum* totarum categoricarum per *conjunctionem* unionem, scil. partis *antecedentis* ad consequentem habitudine, & viceversa: partis positæ ad reliquas totius, atque ablatæ ad residuas,

quæ

quæ quidem habitudo *Modus* dicitur. Hos autem in conditionali syllogismo septuaginta recenset *Boethius*. At vero cum isti quatenus Argumentationi inserviunt *Axiomatum* fide inniti debent; (quemadmodum in modis *categoricis* ostendimus) reliquis præteritis, illos solum referemus qui justæ consequentiæ *legibus* accommodantur.

Dividitur syllogismus compositus, pro ratione propositionum ex quibus constat, in *conditionalem, copulativum* & *disjunctivum*.

Syllogismus *conditionalis* est, cujus major est conditionalis.

Si anima sit immortalis, futurus ejus status maxime solicitos nos habere debet,
Sed anima est immortalis,
Ergo futurus ejus status maxime solicitos nos habere debet.

Ubi notandum quod *Major* duas habet partes, quarum altera *antecedens* dicitur, altera *sequela* sive consequentia. Si anima sit immortalis est *antecedens*, Futurus ejus status maxime solicitos nos habere debet, est *consequentia*.

REGULÆ CONDITIONALIUM SYLLOGISMORUM.

1. Si *antecedens* in ulla conditionali propositione sit *verum*, tum consequens ejus, seu id quod ex eo antecedente consequitur, erit etiam *verum*. Scil. posito antecedente ponitur consequens.

2. Si id quod necessario ex aliquo *antecedente* consequitur *non* sit verum, neque *antecedens* unde sequebatur verum erit. Scil. sublato consequente tollitur antecedens. *Veritas* utriusque *regulæ* ex terminis ipsis constat. Cum enim antecedens & consequens sint *relata*, sunt utique simul natura, & se invicem *ponunt* & *tollunt*.

Ex *prima* harum *regularum* oritur modus conditionalium qui dicitur *constructivus*. In eo enim assumitur antecedens, ex eoque consequens construitur. Scil. affirmatur consequens in majore, antecedens in minore. Ut

Si mundus regatur providentia, nihil casu fit,
Sed mundus regitur providentia,
Ergo nihil casu fit.

Ex *secunda* harum *regularum* oritur modus conditionalium syllogismorum qui dicitur *destructivus*, in eo enim à negatione consequentis destruitur antecedens.

Si virtus inesset à natura frustra esset disciplina,
Sed non frustra est disciplina,
Ergo virtus non inest à natura.

Cavendum vero ne fucus fiat, ex *transpositione* terminorum, scil. in *Modo* primo inferatur antecedens à consequente.

Si Sinenses sint Mahumedani, sunt infideles,
Sed Sinenses sunt infideles,
Ergo sunt Mahumedani.

Pariter in modo ſecundo peccabitur ſi ex *negatione antecedentis* procedatur ad negationem *conſequentis.*

Si Sinenſes ſunt Mahumedani, ſunt infideles,
Sed Sinenſes non ſunt Mahumedani,
Ergo Sinenſes non ſunt infideles.

Notandum ſi ſola *major* ſit *Hypothetica*, *concluſio* eſt *Categorica*, at ſi minor *hypothetica* ſit, neceſſe eſt *concluſionem* quoque *Hypotheticam* eſſe.

Si aliquis homo eſt animal, aliquod animal eſt homo,
Si omnis homo eſt animal, aliquis homo eſt animal,
Ergo Si omnis homo eſt animal, aliquod animal eſt homo.

DE SYLLOGISMO DISJUNCTIVO.

Syllogiſmus *disjunctivus* eſt, cujus *major* eſt propoſitio *disjunctiva*, ſcil. cujus partes per *vel*, ſeu *aut* diſterminantur.

Regulæ disjunctivorum.

1. Si *major* ſyllogiſmi disjunctivi conſtet duobus *membris* immediate *oppoſitis*, procedi poteſt à *poſitione* alterutrius membri ad *everſionem* alterius, aut ab *everſione* alterutrius ad *poſitionem* alterius. *Veritas* hujus *regulæ* ex *oppoſitorum* natura manifeſte patet.

2. Si

2. Si *major* habeat plura *membra duobus*, ceteris *ſublatis* quod *reliquum* eſt *concluditur*. Patet hæc *regula* ex commenſuratione *partium* ſimul ſumtarum ad *totum*.

Ex *prima* harum regularum oritur *Modus* disjunctivus, arguens à *parte* ad *partem*.

Aut eſt dies aut nox,
Sed eſt dies,
Ergo non eſt nox.

Vel eſt dies aut nox,
Sed eſt nox,
Ergo non eſt dies.

Vel eſt dies aut nox,
Sed non eſt dies,
Ergo eſt nox.

Vel demum, aut eſt dies aut nox,
Sed non eſt nox,
Ergo eſt dies.

Ex *ſecunda* harum *regularum* oritur *modus* disjunctivus arguens à *partibus* ad *partem*.

Aut Hyems eſt, aut æſtas, aut ver, aut autumnus,
Atqui Hyems non eſt, neque autumnus, neque æſtas, *Ergo* ver eſt.

Cavendum ne *membra* propoſitionis disjunctivæ *non* ſint *oppoſita*, aut non plene *enumerata*, hoc enim ex fonte error fere omnis deducitur.

Oportet

Oportet iniquis dominorum imperiis aut morem gerere, aut resistere,
Sed non oportet iniquis dominorum imperiis morem gerere,
Ergo oportet illis resistere.

Oportet iniquis dominorum imperiis aut morem gerere, aut iis resistere,
Sed non oportet iis resistere,
Ergo oportet iniquis dominorum imperiis morem gerere. *Pati* hic tertium quid.

DE SYLLOGISMO COPULATIVO.

Syllogismus *copulativus* est cujus una aliqua præmissarum est *copulativa*.

Regula copulativorum.

A positione unius *partis* propositionis copulativæ *tollitur altera*, sive una sit, sive plures. Consistit *regulæ* hujus *veritas*, ex *distinctione* *partium* ab invicem; si enim una pars non distingueretur ab altera, non essent diversæ partes, sed unum quid indivisum.

Ex hac regula oritur *Modus copulativorum*, qui utique semper concludit *negativè*.

Homo non est & doctus & indoctus,
Sed est doctus,
Ergo non est indoctus.

Cavendum vero ne à *negatione* unius partis procedatur ad *positionem* alterius.

Hom-

Homo non est planta & irrationalis,
Sed non est planta,
Ergo est irrationalis.

DE ARGUMENTATIONE MINUS PERFECTA.

DE INDUCTIONE.

Agmen hic merito ducit *Inductio*, cui scientiæ omnes ortum suum debent. Est vero *Inductio* progressio à *singularibus* ad *universalia*, aut à *partibus* ad *totum*.

Notandum, *Inductionem* exigere *omnium* singularium, partiumve *enumerationem*; evertitur enim unica instantia in contrarium allata.

Notandum 2. *Inductionem syllogismo* quodammodo *oppositam* esse, quia colligit extremum majus, hoc est prædicatum de medio per alterum extremorum, nempe Minus, sive per subjectum, vel quæ subjecto similia. V. g. sumamus tres terminos, spirare; pulmones habere; homines, bruta, pisces cetacei generis, aves. Si quis naturæ ductum sequeretur probaret hominem, bruta, &c. spirare, quia habent pulmones, at in inductione probatur Animalia quæ spirant habere pulmones, quia homines, bruta, &c. spirant.

DE ENTHYMEMATE.

Inductioni succedit *Enthymema*, quod quidem est *syllogismus* in animo seu *mente perfectus*,

 in

in *ore* & sermone *imperfectus*, sive est syllogismus altera propositione truncatus.

Constat itaque *duabus propositionibus*, quarum prior vocatur *antecedens*, posterior *consequens*; *consequentia* ipsa dicitur *Argumentum*.

Si *subjectum consequentis* ponitur in *antecedente* suppressa est *major*; si *prædicatum*, *minor*; quæ si accedant, fiet syllogismus *Categoricus*. Sic cum dico,

Luna nunc temporis eclipsin patitur,
Ergo nunc temporis est plenilunium.

Syllogismus sic conficitur,

Quando Luna eclipsin patitur est plenilunium,
Sed Luna nunc temporis eclipsin patitur,
Ergo Nunc temporis est plenilunium.

Aut etiam, Nulli Planetæ sunt fixæ,
Ergo aliquæ stellæ non sunt fixæ.

Nulli Planetæ sunt fixi,
Omnes Planetæ sunt Stellæ,
Ergo aliquæ stellæ non sunt fixæ.

Si *neque subjectum* neque *prædicatum* consequentis in *antecedente* est, *major* suppressa est, eaque addita reducitur Enthymema ad syllogismum *hypotheticum*. Ut, Est dies, Ergo Sol ortus est.

Si est dies Sol ortus est,
Sed est dies,
Ergo Sol ortus est.

Si propositionis hypotheticæ *consequentia* infirma videatur, probanda est per *Enthymema*.

Notandum quod *Aristoteles* monuit *Enthymema* esse *Rhetorum* imprimis *syllogismum* rari-

riusque in Scholis usurpandum, quemadmodum *Exemplum* est eorum *Inductio*.

DE DILEMMATE.

Est & alia argumentandi ratio, *redundans* illa quidem potius quam imperfecta, nisi forte copia, quod non raro accidit, pro damno sit; quæ *dilemma* dicitur: ubi *toto* in *partes* suas *diviso*, id de *toto* pariter affirmative & negative *concluditur*, quod de *alterutra* parte concludebatur.

Ad evincendum quod in hac vita, nemo malis liber esse possit, sic licet argumentari.

In hac vita aut affectibus nostris indulgendum, aut iisdem resistendum,
Illis indulgere turpe & servile, quodque conscientiæ perpetuis verberibus vindicatur,
Illis resistere belli intestini molestias omnes & calamitates affert,
In hac vita ergo nemo malis liber esse poterit.

Dilemma itaque constat syllogismo disjunctivo, quo à partium remotione concluditur remotio totius, & duobus syllogismis Categoricis, quibus partium remotio confirmatur. Ut,

Omnibus in hac vita aut affectibus indulgendum aut resistendum,
Sed qui affectibus aut indulget aut resistit non est à malis liber,
Ergo in hac vita nemo à malis liber.
Qui turpia & servilia admittit, &c. non est à malis liber,

Sed qui affectibus indulget, turpia & servilia admittit,
Ergo qui affectibus indulget, non est à malis liber.

Qui belli intestini calamitates tolerat, non est à malis liber,
Sed qui affectibus resistit belli intestini calamitates tolerat,
Ergo qui affectibus resistit non est à malis liber.

Dilemma inefficax est primo, cum *membra* non sunt immediate *opposita*; secundo, cum non satis gravi *incommodo* urgentur; tertio cum pari efficacia *retorqueri* potest in Autorem.

Sic in illo *Biantis* apud *Gellium*, si ducenda est uxor, aut pulcra ducenda, aut deformis; si pulcram ducis, habebis communem, si deformem, feres pœnam.

Hoc duplici nomine peccat. 1. quia, ut inquit *Gellius*, datur *media forma*, quæ nimiæ pulcritudinis periculo, & summo deformitatis odio vacat, quæ *stata* & *uxoria* dicitur. Deinde *non constat* formosam *communem* futuram, aut deformem in *pœnam* cessuram: quinetiam fieri potest ut etiamnum *graviora* istis *incommoda* innuptos cœlibesque maneant.

Rhetoris exemplum apud eundem *Gellium* habetur, satis quidem appositum. *Evathlus* eloquentiæ discendæ causarumque orandi cupidus, sese dedit in disciplinam *Protagoræ*; dimidiumque mercedis jam tunc dedit statim priusquam disceret, pepegitque ut reliquum dimidium daret, quo primo die causam apud judices

orasset, & vicisset. Postea cum longum tempus transcurreret, *Protagoras* litem cum *Evathlo* contestatur, & in hunc modum disputat; Sive contra te pronunciatum erit, sive pro te, reddas oportet quod peto: nam si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia vicero; sin vero contrà me judicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. *Evathlus* primum ait, isti captioni potuisse obviam iri, si verba non ipse faceret, sed Patrono uteretur. Deinde retorquet *Dilemma* hunc in modum; sive contra me pronunciatum erit, sive pro me, non reddam quod petis: nam si Judices pro meâ causa senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin contra me pronunciaverint, nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero.

DE SORITE.

Sorites est *Argumentatio* in qua continua *serie* multarum *propositionum*, de prædicato præcedentis propositionis, semper dicitur novum prædicatum, donec *ultimum* prædicatum dicatur de primo subjecto. Ut

Immodicus potus gignit in ventriculo crudos humores,
Crudi humores in ventriculo vitiant sanguinem,
Sanguis vitiatus malam assimilationem alimenti parit in singulis partibus corporis.
Mala assimilatio alimenti in partibus corporis gignit cachexiam,

 Cachexia,

Cachexia, febrem, febris mortem inducit.

Ergo colligendo à primo ad ultimum immodicus potus mortem inducit.

Hæc *argumentatio* etsi *expresse* non habeat formam *syllogisticam*, quando constat pluribus enunciationibus quam tribus, continet tamen *implicite* plures syllogismos primæ figuræ, in quibus posterior propositio sit major, prior vero minor. Ut in allato exemplo,

Omnes crudi humores in ventriculo vitiant sanguinem,

Omnis immodicus potus gignit in ventriculo crudos humores, &c.

Nititur hæc argumentatio hoc Axiomate, sive regula Antepraedicamentali, Quicquid dicitur de prædicato universalis propositionis, dicitur de subjecto; adeoque quicquid dicitur de crudis humoribus in ventriculo, recte dicitur de potu.

DE SYLLOGISMO EXPOSITORIO.

Syllogismus *Expositorius* est qui constat medio *singulari*, ut

Pittacus est probus,
Pittacus est sapiens,
Ergo aliquis sapiens est probus.

Dicitur *expositorius* quia rem oculis videtur exponere. Insuper syllogismum ex medio communi constantem explicat, captuique magis accommodat. Ita syllogismus iste

Omnis

Omnis homo est rationalis,
Omnis homo est animal,
Ergo aliquod animal est rationale.

Reducitur sumendo in medium, singulare aliquod contentum sub *homine*: nimirum illi, cum quo sermo instituitur, probe notum.

Socrates est rationalis,
Socrates est animal,
Ergo aliquod animal est rationale.

Nititur imprimis *Axiomate* 1. & 2. Scil. quod quæ conveniunt in aliquo tertio conveniunt inter se; & quorum unum convenit, alterum differt, ea differunt inter se.

Notetur, Syllogismos *expositorios*, in quali-bet figura confici; idque aut affirmative vel negative: concludere etiam aut directe aut indirecte: qualiacunque enim sunt quæ tertio conveniunt aut differunt, illa pariter aut conveniunt aut differunt inter se.

DE SYLLOGISMO DIALECTICO, DEMONSTRATIVO, SOPHISTICO.

Descripta *argumentationis* syllogisticæ *fabrica*, scil. ipsius forma & figura & terminorum nexu: ad ejusdem *usum* effectusque progredimur. Nimirum quatenus mentibus nostris, aut *opinionem*, aut *scientiam*, aut demum *errorem*, (neque enim pluribus modis humanus animus dum in rebus cognoscendis versatur affici potest) pariunt & producunt. Hæc autem omnia ex syllogismi *materia circa quam*, quatenus scil.

aut

aut *vera* est aut *fallax* (manifesto enim falsa nihil hac ex parte præstant) potissimum dependent. Cum autem quædam ita sint *vera*, ut *assensum* male sibi constantem pendulumque moveant, tum *Opinio* dicitur; alia certa adeo ut *assensum* pronum firmumque imperent, qui *scientia* appellatur: quædam vero *falsa* licet sint, veri tamen *speciem* simulent, ita ut *assensum* dubium, sæpius etiam & firmum suffurentur, qui *error* audit; (quorum prima argumentis *probabilibus*, secunda *necessariis*, tertia *fucatis* sunt subnixa) illa syllogismum *dialecticum*, illa *demonstrativum*, illa demum *sophisticum* nobis exhibent.

DE SYLLOGISMO DIALECTICO.

Syllogismus dialecticus est, qui ex *medio probabili* generat *opinionem*. *Probabile* ab *Aristotele* dicitur esse id quod *verum esse videtur* vel *omnibus*, vel *plerisque*, vel *sapientibus*, atque his vel omnibus, vel plerisque, vel celeberrimis.

Quo autem de *mediis probabilibus* rectius prospiciatur, *loca*, i. e. *sedes Argumentorum*, quin & *Axiomata* ab iisdem derivata, (enunciationes scil. propria sua evidentia fidem sibi facientes) dialectici scriptores indicant: atque ipsas restrictionibus regulisque subinde additis coercent, ne temere admissæ in fraudem perducant.

Notandum *loca* hæc & *Axiomata*, ab omnibus artibus & scientiis desumi, scil. Metaphysica, Physica, Mathesi, Ethica, Logica, Grammatica; imo

imo à communi vitæ usu, artibusque mechanicis. Cum itaque singula recensere Dialectici non sit, sequentem syllogen speciminis loco apposuisse suffecerit.

AXIOMATA DE ESSE, ET POSSE.

Impossibile est idem simul esse & non esse.

Si termini sumantur eodem modo, secundum idem, ad idem, eodem tempore.

Quodlibet est vel non est.

Id est, Existit vel non existit, per præcedens effatum.

Omne quod est quando est necesse est esse: & Omne quod non est quando non est, necesse est non esse.

Necessitate nempe hypothetica, non absoluta.

Non Entis nulla sunt prædicata.

Entis sc. impossibilis, & pure non Entis; possibilis autem Entis sunt prædicata essentialia & necessaria. Licet enim nullus existeret homo, vera esset propositio, *homo est animal rationale.* Imo impossibilium, ut Centauri, possint esse prædicata intentionalia.

Essentiæ rerum sunt sicut numeri.

Consistunt in indivisibili. Tenet regula de formis substantialibus; non autem qualitatibus quæ intenduntur & remittuntur.

Essentiæ rerum sunt æternæ.

Non quoad existentiam realem, sed terminorum connexionem.

Non entis nulla est scientia.

Non entis nempe impossibilis. Quin & complexi

plexi sive falsi cujuscunque non datur scientia positiva, sed solum privativa; quemadmodum de infinito & vacuo licet argumentari.

A Potentia ad actum, sive à posse ad esse non valet consequentia.

Consequentiam volo affirmativam; non enim omnis qui potest studere, studet. Negative, sive à non posse ad non esse valet, Homo enim si non possit volare, utique non volat.

Ab actu ad potentiam, sive ab esse ad posse valet consequentia.

Si ratio habeatur ejusdem temporis in antecedente & consequente, non enim si homo jam natus est, potest etiamnum nasci: sed à non esse ad non posse, non valet.

Cujus est potentia ejusdem est actus.

Potentia passiva, & activa immanentis actionis, transeuntis non item; neque enim calefactio ejus qui in sole apricatur, in sole est, sed homine.

Quod transit de potentia ad actum, mutatur.

De potentia intrinseca, non extrinsece denominante. Paries potentia albus, si incrustetur, actu mutabitur; nihil autem necesse est ut muteretur, cum alter illi similis redditur.

Quod potest majus, potest etiam minus.

Ubi majus id quod minus est in se includit: non enim quia homo intelligit, quod majus quiddam est, ideo volat, quod est minus.

Potentia non excedit suum objectum adæquatum.

Neque enim oculus gustat, nec auris odores percipit.

Quod

Quod quis potest si vult, potest absolute.

Quia hac in re nihil actionem impedit quin fiat, præter ipsum non velle.

Frustra est potentia quæ non producitur in actum.

Vel semper, vel semel. Sic potentia obedientialis creaturæ non semper actu exercetur in miraculis exhibendis, quia necesse non est ut semper fierent miracula.

Actus & potentia sunt in eodem genere.

Nimirum prædicamento; quia cum res à potentia transeat in actum, non pariter transit à Genere ad Genus Sic homo tam in fieri quam facto esse ad substantiam pertinet, & calor tam producendus quam productus ad qualitatem.

Alia actus, alia potentiæ causa est.

Causam proximam intellige Sic alia risibilis, alia risus causa est; prius enim rationis humanæ, posterius vero objecti alicujus ridiculi effectus est.

Cuilibet potentiæ activæ respondet passiva.

Intelligitur universaliter de potentia activa creata: nam potentiæ divinæ rem ex nihilo producenti talis potentia non respondet, sed tantum (uti vocant) objectiva, seu res creatæ.

Cuilibet potentiæ passivæ respondet activa.

Patet ex præcedenti, nam illorum, inter quæ reciproca habitudo est, posito uno ponitur & alterum; sic omni passo respondet agens.

DE

DE CAUSIS.

Nihil est causa sui ipsius.

Nec simpliciter & ratione propriæ essentiæ; (nam quod quis studiis suis eruditus evadat, ipse sui efficiens est qua talis, viz. secundum quid) neq; vera & reali causalitate, finis enim dum efficientem movet ad sui ipsius executionem, agit tantum metaphorice, & revera esse suum recipit ex influxu causæ efficientis.

Nihil fit sine causa.

Patet ex duabis regulis præmissis; quia cum aliquid fit, intelligitur pati; nihil autem patitur à seipso. Id unde oritur motus sive passio, patientis quatenus talis, causa est.

Posita causa ponitur causatum: & vice versa.

Ex vi scilicet mutuæ & necessariæ habitudinis quæ fundatur in actu causandi; à quo principium unde fluit denominatur, causa, Terminus in quo desinit, causatum. Cum ergo causa ponitur in esse causæ per actum causandi, causatum poni in esse causati necesse est, & vice versa.

Negata causa negatur affectu: & vice versa.

Eadem ratione nititur ac præcedens, quia cum res nullam causalitatem exerceat, unde dicatur Causa; non potest actu procedere causatum: at ab effectu non producto nil ad denominatur causa.

Causa prior est causato.

Prioritate naturæ & dignitatis, si sit univoca, non Temporis.

Causa notior est effectu.

In se & sua natura, quia cognitio effectus pendet à cognitione causæ; at quod aliquando notior sit effectus, ex humani intellectus imbecillitate evenit, qui (inverso ordine) per sensus externos effectus causarum lustrans, in ipsarum notitiam ascendit.

Qualis causa, talis effectus.

Quicquid prædicatur de causa univoca essentialiter, & non est de formali ratione ejusdem, (i. e. causæ in quantum talis) prædicatur etiam de effectu. Mundus ideo non est infinitus, quia causæ infinitæ erat effectus æquivocus. Fallit etiam in causis per accidens; neq; enim sequitur filium esse bonum aut malum, quia Pater talis fuit. Fallit etiam in causis voluntariis; peritus enim artifex aliquando ea fabricat quæ minus sunt pulcra & perfecta.

Si affirmatio est causa affirmationis, etiam negatio est causa negationis: & vice versa, si negatio, &c.

Si res aliqua sit causa proxima & necessaria alicujus effectus; tum negata eadem causa negatur ipsius effectus. Ut quia mora solis supra Horizontem illustrat diem, ideo ejusdem depressio inducit tenebras. Fallit quando idem effectus à diversis causis producitur; non enim si jugulatus interiit, sequitur non jugulatum esse superstitem.

Causa non est deterior effectu.

Omnis causa Totalis, sive principalis univoca, sive æquivoca, quantum ad ea quæ effectui communicat in esse causæ, ipso effectu

deterior non est. Sic statuarius imagini præstat quantumvis adoratæ.

Quicquid est in effectu præexistit in causa.

Effectus qua talis, nil in se habet specifice distinctum ab eo quod præexistebat in Causa, univoca, formaliter; vel æquivoca, eminenter.

Impossibile est aliquem ejusdem causæ effectum æquivocum nobiliorem esse effectu univoco.

Neque enim spuria soboles cum prole ex legitimo thoro suscepta, de natalium dignitate unquam contenderit. Si musca quatenus animata, calore solari aut sole ipso præstantior videatur; hoc formæ substantiali è materia olim imprægnata eductæ tribuendum.

Causa causæ est etiam causa causati.

In causis moralibus tenet regula & in Physicis essentialiter subordinaris, scil. si eadem virtute qua effectus aliquis producatur, ipse rursus alium producit effectum: nam quia nihil est in effectu quod non præexistebat in Causa, quicquid ab eodem effectu (jam ut causa) producitur, etiam ante in priori causa extitisse necesse est.

Idem quatenus idem semper facit idem.

Causa eadem & eodem modo se habens iisdem etiam tum objectis tum circumstantiis oblatis & concurrentibus, quantum in se est semper eundem specie effectum producit. Verum est in Physicis & Moralibus.

Idem est causa contrariorum.

Regula supponit tantum identitatem causæ quoad essentiam, mutatis vero ipsius qualitatibus, vel objectis saltem aut circumstantiis; quæ a

ad veritatem præcedentis requirebantur esse eadem. Sic sol idem manens lutum indurat, & ceram liquefacit.

Principium latius patet quam causa.

Respectu enim causæ Principium Genus est, includitque non solum id cujus vi & causalitate res est, sed & ea quæ requiruntur tanquam conditiones necessariæ ad rei productionem: ut ad generationem Privatio, locus & tempus; ad Lineæ constitutionem, Punctum.

Omnis causa agit.

Secundum actionem sive causalitatem sibi propriam: Materia, passive concurrens ad eductionem formæ; Forma, tribuendo esse, distingui & operari; Finis, excitando efficientem ad operandum; Efficiens, actione Physica (quæ ceteris causis non competit) influendo in Causatum.

Effectus non prædicatur de sua causa; nec vice versa.

Nulla prædicatio propria, & in casu recto, in qua causa & effectus (quatenus tales) de invicem prædicantur, potest esse vera.

Causæ sunt sibi invicem causæ.

De efficiente & fine verissimum est, inter quos mutua causalitas semper exercetur. In causis ejusdem generis fallit: aliter enim idem esset prius seipso. In quibus autem tenet, causalitates omnino diversum habent respectum & terminum.

Causæ possunt coincidere.

Non repugnat quin eadem res diverso respectu diversas causalitates exerceat. Sic anima

ma viventis, ut appetitur à materia, causa finalis est; respectu compositi Physici, Formalis; quatenus operationum motuumve principium, efficiens.

Cujus causa bona est, id ipsum bonum; & cujus Causa mala est, id ipsum malum.

Quia qualis causa in esse Causæ, talis effectus per se in quantum procedit à causa. Quod autem ex malis moribus bonæ leges nascantur, per accidens est.

Propter quod unumquodque tale est, illud magis tale est.

Omnis immediatus effectus, si illud attributum, in quo comparatur cum causa sua, ipsi competat necessario ratione ejusdem causæ, qualiscunque sit, talem certum est esse ipsius causam. Ideo vinum licet inebriat, non dicimus ebrium, quia inebriare est effectus vini secundarius.

Cujus causæ sunt universales, illud ipsum est universale.

Quia omnis causa effectum producit sibi proportionatum, nec dari potest causa universalis, nisi effectus in eadem latitudine respondeat. Sic mensurabilitas in genere procedit à quantitate aut extensione in genere. Sic ratione Potentiæ divinæ ad omnes effectus aliquo modo concurrentis, effectus iidem dicuntur universales; at singuli ratione causarum particularium, efficientis puta sive instrumenti, sunt particulares.

Omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se.

Ex vi necessarii influxus uniuscujusque causæ proximæ; cum enim positis conditionibus requisitis operetur, effectus ex eadem operatione exsurgens, omnino necessarius est. Sic posito quod quis fodiat terram ubi loci thesaurus absconditur, thesauri inventio necessario sequitur.

Principium quo præsupponit principium quod.

Quia principium *Quo* ad Principium *Quod*, eodem modo se habet ac causa instrumentalis ad Principalem, quæ in operando disjungi nequeunt. Instrumentum enim non movet nisi motum, nec agit causa Principalis, nisi habeat quo virtutem transmittat in effectum.

Instrumentum non est pars ejus cujus est Instrumentum.

Verum est tantum in Instrumentis separatis, iisque quæ Principali Causæ conjunguntur solum per contactum. Prioris generis est legatus respectu Principis; posterioris calamus respectu scriptoris: nam manus (utpote compositi constitutionem ingrediens) revera ipsius pars est; nec admodum recte quis dicatur, seipso tanquam instrumento uti.

Potius est instrumentum quod ad plura utile est quam quod ad pauciora.

In omnibus tenet; quia utilitas instrumenti attenditur quantum ad aptitudinem inserviendi causæ Principali; quæ cum eo præstantior habetur, quo plures effectus virtute sua attingit; ideo etiam potius est instrumentum, quo magis ejusdem virtuti proportionatum est.

Instrumentum non movet nisi motum.

Nisi moveatur à causa Principali Physice, aut saltem moraliter.

Omnis finis est bonum quid.

Si non revera, saltem apparenter; & sufficit ad rationem Finis ut appetitum moveat, licet falsa bonitatis specie; quia quoad nos idem est esse & apparere.

Finis melior est mediis ad Finem.

Non intelligitur de mediorum natura absolute sumta, sed in ordine ad finem; unde & media qua talia mensuram accipiunt.

Finis est ultimum.

Executione quidem; in eo enim terminatur actio efficientis.

Finis est principium.

Intentione sc. quia cum omne agens propter finem operetur, ideo finis (natura sua appetibilis, & exinde movens efficientem ad operandum) omnis actionis origo dicitur & Principium.

Finis est primum in intentione, ultimum in executione.

Regula hæc ex duabus præcedentibus conflatur.

Finis non habet modum aut mensuram.

Proprie dicitur solum de fine simpliciter ultimo omnium rerum creatarum; fines enim intermedii sive ultimati, eo quod sunt media respectu ultimi, modum & mensuram habent vi regulæ sequentis.

Media habent modum aut mensuram.

Quandoquidem media ad finem exequendum adhibentur ut instrumenta, quæ ex natura

ra sua (& qua talia) restricti sunt usus, necesse est ut habeant modum & mensuram. Sic etiam si conferantur finis & media respectu appetitus agentis quo feratur in finem per se, & in media gratia finis. Ut ut sine mensura expetitur finis, tamen media cum non simpliciter expetantur, sed sub conditione, certum est experi secundum mensuram & determinate.

Finis dat modum, mensuram & ordinem mediis.

Omnis ratio operandi desumitur ex influxu finis in appetitum agentis, ideoque omnia media in tantum utilia sunt (in se licet noxia, inordinata & mala) quatenus conducunt ad finem.

Acquisito fine cessat omnis actio.

Omnis actio suscipitur gratia finis alicujus acquirendi; aliter enim aliquid non ageret propter finem, quia finis acquisitus exuit protenus formalem rationem finis.

Finis qui est opus, melior est fine qui est operatio.

Si finis qui est operatio instituitur gratia finis qui est opus, eo respectu deterior est operatio: at si absolute consideretur, opus exsuperat, utpote à se profectum.

Qui vult finem vult etiam media ad finem.

Posito quod quis efficaciter expetit finem, necessario exquirit media: nec repugnat, quo minus ea dicantur media, quæ revera executionem finis impediant, modo agentis judicio expetantur ut idonea.

Unius rei possunt esse plures fines.

Si sunt inter se subordinati, disparati, vel partiales. Ut patet speciatim in Instrumentis secun-

secundum regulam superius positam.

Cujus facultatis finis subordinatur fini alterius facultatis, illa facultas alteri illi facultati subordinatur.

Si collatis finibus diversarum facultatum, idem respectus eademque subordinationis ratio habetur in facultatibus, ac in ipsarum finibus: quia enim facultates habent rationem mediorum, ideo pro diversitate finium diversum sortiuntur ordinem ac mensuram.

Quicquid habet causam finalem, habet etiam efficientem.

Valet hæc regula etiam conversa, propter necessarium nexum inter efficientem & finem.

Ab intentione finis ad ejus executionem non valet consequentia.

Ratio est quia voluntas potest ferri in impossibilia; vel saltem in iis prosequendis, quæ fieri non repugnat, segnis esse & inefficax.

A negatione consecutionis finis ad negationem intentionis ejusdem non valet consequentia.

Patet ex præcedenti, & ex eo etiam quod agens possit impediri ne finem attingat.

Quod potest fieri per pauca, non debet fieri per plura.

Ideoque de operationibus Naturæ solenne dictum est, eas fieri per *lineam rectam*, via scil. compendiosissima; eademque Prudentiæ humanæ methodus est.

Appetitus non est nisi boni.

Veri Scil. vel apparentis.

Appetitus non fertur in incognitum.

Omne objectum voluntatis innotescit vel per speciem propriam, vel alienam; ideoque dicitur nil esse in voluntate quod non fuit prius in intellectu.

Voluntas est impossibilium.

De effectu tanquam possibili judicare intellectus est; qui cum sæpissime hallucinetur, voluntas errores ejus amplecti non minus apta est quam sana dictamina. Nullum autem effectum appetit, nisi specie possibilem.

Electio non est impossibilium.

Quatenus electio est determinatio voluntatis ad certum finem, nil impedit, quo minus finis iste sit revera impossibilis, licet apprehendatur ut possibilis: at si sumatur Electio (uti eam restringit Philosophus) pro apperitione eorum quæ in nostra potestate sunt, Regulæ veritas facile constat.

Majori bono opponitur majus malum.

Secundum oppositionem privativam, & respectum ad idem.

Bonum quod est diuturnius melius est minus diuturno.

Si inter res ejusdem Generis, comparatio instituatur quantum ad durationem, diuturnior præstat minus diuturna.

Bonum conservat id cujus est bonum.

Destructio sive Corruptio rei cujusvis pendet ex iis quæ naturæ ejusdem repugnant. Bonum autem, i.e. revera tale, per essentiam suam subjecto sibi destinato naturali est conforme. Pariter de nobis bene meretur diæta quæ sanitatem tuetur, ac medicina quæ restituit.

Absurdum est, ut alienum vitium interimat aliquid

aliquid cui proprium vitium non præbet interitum.

Si in diversis subjectis qualitates quædam noxiæ, non specie & gradu, sed numero tantum distinctæ inhæreant; si nulla earum proprio subjecto noxam inferat, eidem aliena nociva esse nequit. Ratio petenda est à regula superius posita, viz. idem quatenus idem semper facit idem. Sic v. g. dato quod unius viperæ venenum in alium transfunderetur, eandemque Animalis partem occuparet, æque esset innoxium ac proprium fuerat.

Natura facit id quod est optimum.

Nimirum Deus Naturæ. Sic & virtutes, quas Causis naturalibus insevit, optimum (i. e. sibi destinatum) finem assequuntur, nisi per indispositionem materiæ aut agens extrinsecum impediantur.

Natura semper intendit id quod est optimum.

Optimum in suo genere. Et ratio patet ex præcedenti, nam in iis quæ non agunt temere, executio finis ejusdem intentionem præsupponit.

Voluntas non potest cogi.

Quia libertas voluntatis in eo sita est, ut positis quibuscunque circumstantiis, id eligat quod sibi bonum videatur.

Coacta voluntas est voluntas.

Cum enim quæ minus volumus, ad gravius damnum evitandum peragimus, (ut cum mercium jacturam facit nauta) quanquam mixta dicatur passim actio, est prorsus libera, & voluntaria.

Qui

Qui vult causam vult quoque effectum. Vulgo ita, *qui vult antecedens vult etiam consequens.*

Sc. qui vult causam sive antecedens, ex iis necessario consecuturum, sive effectum consequens, prænoverat aut debuerat nosse; quæcunque enim fiunt præter notitiam, ratione volentis & agentis, fiunt per Accidens.

Actiones sunt singularium.

Intelligitur de Actionibus quæ immediate attingunt effectum. Sic influxus causæ universalis ratione particularium effectuum, particularis est.

Actiones sunt suppositorum.

Quia omne suppositum est substantia singularis creata, quæ cum non per se agit sed per qualitates, actionum dicitur Principium *Quod*, ut qualitates Principium *Quo*.

Quicquid fit seu producitur generatione vel creatione, compositum est.

Vel Metaphysice; ut Angeli, qui componuntur genere & differentia, substantia & Accidente; vel Physice, ut corpora naturalia, quæ ex materia & forma.

Agere præsupponit esse.

Quia omnis Actio vera & Physica oritur à forma, omne autem formatum actu est. Cum igitur finis movet efficientem antequam ab ipso producitur, dicitur agere tantum Metaphorice.

Omne agens est actu, patiens vero potestate.

Omne agens formaliter vel eminenter tale est actu, quale patiens virtute Agentis in potestate

restate est fieri; frustra enim conatus esset illud introducendi in passum, quod etiamnum introductum est.

Omnia quodammodo ex univoco fiunt.

Nihil omnino efficitur, quod vel secundum naturam specificam (qui proprie & stricte dicitur effectus univocus) vel secundum genericam saltem aut commune aliquod attributum, causæ suæ non assimilatur. Sic fosli cum rana convenit in natura corporea. Quin & opus arte factum, forma & mensura deam referens sui similem agnoscit, & aliquatenus univocam: quæ quidem idea, æque ac ædificium quod extat, opus est & effectus, imo tantum non proles artificis.

Simile non agit in simile, nec à simili patitur.

Nullum agens agit in passum per eas qualitates, quæ nec secundum speciem, nec intensionis gradum, diversæ sunt ab iis, quæ ipsi Passo inhærent.

Agere & pati est inter contraria.

In iis verissimum est, quibus contingit mutua repugnantia à formis contrariis; In aliis etiam tenet, si contrarietas late sumatur pro quacunque Oppositione.

Agens adsimilat sibi patiens.

Eadem qualitas per quam agens agit in passum, in effectibus Univocis qualitatem introducit sibi similem; in Æquivocis etiam quodammodo talem.

Actio fit à superante.

Quicquid patitur, agenti cedit vel propter intensiorem qualitatis gradum, vel majorem corpo-

corporis molem, vel Actionis diuturnitatem.

Nihil agit in seipsum.

Nihil potest eodem tempore & respectu esse agens & Patiens; esse actu, & Potestate; simile, & dissimile; movens, & mobile. Tenet præsertim in actione transeunte.

Non quodlibet agit in quodlibet, neque quodlibet patitur à quolibet, sed actus eorum quæ agendi vim habent, recipiuntur in disposito.

In cibis & Pharmacis præcipue notum est, pro diversitate temperamenti diversos iis effectus competere. Ratio perenda est à regulis superius positis, ubi agitur de conditionibus ad agendum requisitis: cum enim nulla oppositio, aut dissimilitudo intercedat inter agens & Patiens, aut saltem agentis virtus debilior sit, quam ut exsuperet patiens, sibique assimilet; omnis actio evadit frustranea.

Quod & quale quid agens agit, id & tale quid patiens patitur.

Quia exinde agens dicitur agere, quod actio ipsius motum quendam infert patienti: & revera denominatio Agentis quoad modum operandi, sumitur à mutatione illa quam efficit in patiente. Unde necesse est, talem esse passionem qualis per se & formaliter sit Actio; & vice versa.

Omne agens obtinet aliquam formam qua agit.

In omni composito Physico vis agendi emanat à forma, tanquam motus principio: Forma autem late sumitur, ut Qualitates etiam complectatur; utpote quibus fere solis proprie competit per se agere.

Agens & patiens debent esse simul.

Quia nihil agit in distans, nec extra sphæram suæ virtutis, ideo requiritur debita approximatio Agentis ad Patiens. Unde in omni actione necessaria est vel immediatio suppositi, quando Patiens movetur ab agente per contactum corporeum; vel virrutis, Quando vis agentis transfertur per certam distantiam.

Agens nobilius est patiente.

Omnis Actio est à superante; cum autem ea fit per qualitates, ratione illarum quod patitur deterius est; utpote actu destitutum ea forma, quæ mox ab agente introducenda est. Dare vero nobilius est quam accipere.

Quicquid habet materiam habet etiam formam: & vice versa; Quicquid habet formam habet etiam materiam.

Intelligitur de composito Physico sive corpore Naturali, cui cum essentialiter competant Principia motus & quietis, ut ex materia & forma (quæ separatim existere non possunt) componatur necesse est.

Materia prima est cognoscibilis per analogiam.

Quia per se non est objectum intellectus, utpote nec quoad naturam speciemve determinata ceu distincta; ideo aliquatenus explicatur per materiam secundam. Uti enim rudis auri sive argenti Massa se habet ad figuram quamcunque, sic Materia prima & informis ad formam Physicam.

Materia prima est ingenerabilis & incorruptibilis.

Quia Generatio & corruptio terminantur ad formam, eamq; ut introductam, vel ut abolitam: subjective vero materia generatur aut corrumpitur, tanquam subjectum in quo mutationes fiunt.

Materia prima appetit formam.

Appetitu quidem naturali, eoque sive complacentiæ sive desiderii, fertur ad formam tanquam ad suam perfectionem.

Materia prima est pura potentia.

Omnis Actus primi & formalis expers: quia revera non agit, quicquid enim agit, per formam agit.

Ex non ente nihil fit.

Naturæ viribus, ex non Ente negative sumto.

Posita forma ponitur formatum.

Sunt enim relata; & de omni forma tam materiali quam immateriali tenet regula, quatenus actu informante.

Quicquid est per suam formam est.

Sive forma dat esse rei. De omni composito Physico verum est. De substantiis incorporeis (nempe Angelis) etiam tenet, si forma sumatur metaphysice pro Differentia essentiali; quin & de Rebus arte factis, si intelligatur de forma accidentali; sed de his minus proprie, meliorem enim, scil. substantialem habent.

Formæ quanto dant esse nobilius, tanto nobiliores.

Quia forma inter causas numeratur; ideo Qualis Forma tale formatum.

Forma est indivisibilis.

Quod superius dictum est de essentiis rerum, scil. quod sunt sicut numeri, i. e. consistunt in indi-

indivisibili; id pari ratione formis competit; quippe cum munus earum sit rebus unitatem & distinctionem largiri, necesse est eas esse indivisibiles, & (quod numeris accidit) sublata parte aliqua, perire in quantum tales.

DE ABSTRACTO ET CONCRETO.

Si abstractum prædicetur de abstracto, etiam Concretum prædicabitur de concreto.

Si albedo sit color erit album coloratum. Color in genere inest saltem iis individuis quibus inest species hæc Albedo, propter seriem Prædicamentalem: sed cum sit accidens, etiam tot subjectis inest inhæsive, quot unquam omnes habent individuæ albedines, adeoque denominative seu in concreto prædicatur, de quibus albedo, sive omnium singularium albedinum complexio. Nimirum Accidens abstractum se habet ad concretum veluti species ad Individuum, vel universale ad particulare; ideoque cum omne quod prædicatur de superiori, prædicatur etiam de inferioribus sub eo contentis, nil dici potest de accidente in genere, quod de eodem quatenus subjecto insit, non prædicatur.

Si concretum prædicatur de concreto, etiam abstractum de abstracto.

Valet de concretis universim, quorum unum de altero prædicatur essentialiter.

Cui inest abstractum de eo prædicatur concretum.

Omne subjectum denominatur quoad extensionem Accidentis, ratione partium subjecti; & intentionem respectu Graduum Accidentalium. Sic Æthiops albus dicitur respectu dentium, Homo immortalis respectu Animæ.

Ab inesse ad prædicari valet consequentia.

Ejusdem fere sensus est cum præcedente, nisi quod nec inhærendi nec prædicandi modum determinat.

De quo prædicatur concretum ei inest abstractum.

Quia omnis vera prædicatio in concreto nihil aliud denotat quam inhærentiam abstracti; ut Sciens, Justus, hominem scientia & justitia præditum.

Abstractum est forma concreti.

Forma nempe denominans.

Abstractum est prius concreto.

Prioritate Naturæ, quia res debet esse antequam haberi. Ut si non sit doctrina, neque usquam erit habens doctrinam, sive doctus.

DE SIMPLICI ET COMPOSITO, TOTO ET PARTE.

Simplex est prius composito.

Omne simplex respectu ejus cujus compositionem ingreditur, ordine Naturæ prius est. Sic unitas præcedit numerum, Elementa mistum.

Pars est prior toto.

Si Pars consideretur secundum entitatem absolutam, quoad Naturam prior est : quia totum est quid consequens unionem partium.

Totum & partes sunt in eodem prædicamento.

Vel Directe, vel à latere, vel saltem reductive.

Quicquid est pars partis, est quoque pars totius.

Quælibet enim pars refertur ad totum.

Omne totum aliquo modo multum est & non unum.

Si partes ipsius spectentur tanquam ordine vel natura distinctæ, aut cum totum sumitur pro eo quod habet partes.

Omne totum est unum.

Formalis enim ratio totius in partium unione sita est. Differt autem unio pro diversa ratione unitatis. Sic exercitus unum dicitur per aggregationem; quidlibet Individuum, per unitatem numericam, &c.

Pars non prædicatur de toto.

Non dicitur universe de toto, alias æqualis esset vel certe non minor toto, quod repugnat. Hoc in omni toto verum est; De integrali patet: nec fallit in essentiali & Universali. Sic Animal & Rationale quando prædicantur de Homine Partes ipsius respiciunt, saltem ratione diversas; scilicet unam qua vivit, alteram qua rationis particeps est. Nec Homo ut est pars subjectiva, dicitur de toto animali; sic enim prædicaretur etiam de Bruto.

Totum non prædicatur de parte.

De toto universali non agitur. Aliqui ad integrale similare regulam volunt restringi; sed & de

de aliis obtinet. Si ferri massa sit 10 librarum, nulla pars erit ferrum 10 librarum.

Quicquid prædicatur de parte prædicatur etiam de toto.

Quantum ad entitatem absolutam quæ utrobique reperitur.

Quicquid prædicatur de toto, prædicatur etiam de parte.

Eodem modo hæc regula intelligenda est cum superiore; præcipue autem obtinet de partibus subjectivis.

Positis omnibus partibus ponitur totum.

Positis partibus in esse suo formali ponitur totum; at in esse suo absoluto non statim ponitur. Poni possunt lapides, nec tamen acervus fiet. Partes revera idem sunt cum toto quod constituunt; quæ cum uniantur secundum unitatem illam quæ toti convenit in suo genere, totum poni necesse est.

Sublata quacunque parte tollitur totum.

Non amplius manet tale totum, quale fuit parte aliqua nondum sublata. De toto essentiali & integrali constat. Tota universalia dicuntur æternæ esse veritatis propter necessarium terminorum nexum; ideo parum refert si partes subjectivæ tollantur.

Posito toto ponuntur omnes partes.

Patet ex præcedenti & ex ipsa Natura totius; non enim totum esset, nisi in se contineret omnes partes; quæ etiam simul sumtæ à toto non distinguuntur nisi ratione.

Sublato toto non necesse est tolli omnes partes.

Quia

Quia una tantum parte ſublata, deſtruitur totum in eſſe totius.

DE GENERE ET SPECIE.

Genus prædicatur de omnibus ſpeciebus ſub ſe contentis.

Non quidem formaliter ut eſt vox artis ſive ſecundæ intentionis, ſed ſecundum notionem primam ſive materiam ſubſtratam.

Quicquid prædicatur de genere prædicatur de ſpecie.

Si ſit prædicatum eſſentiale, Generi etiam competens quoad materiam ſubſtratam.

Genus eſt prius ſpecie.

Omne enim ſuperius pars eſt inferiorum; pars vero, tam ordine Naturæ quam cognitionis humanæ, præcedit Totum.

Genus eſt latius ſpecie.

Cum diverſa ratione Genus non ſolum conſtituit, ſed etiam poteſtate ſua & ambitu continet ſpecies, ut totum alterutra ſpecie latius eſt.

Species eſt collectiva multorum in unam naturam & ad huc magis genus.

Scil. extenſive multo plura colligit Genus; intenſive vero collecta propriore nexu unit ſpecies.

Genus non eſt quid accidentarium ſpeciei.

Omne enim Genus prædicatur de ſpecie tanquam ipſius pars eſſentialis.

Genus eſt ut materia, differentia ut forma.

Analogia quadam inter ſe reſpondent; Genus enim, perinde ac materia, quid indeterminatum eſt; eſſe autem diſtinctum oritur à forma & differentia.

Negato genere, negatur ſpecies.

Tam quoad exiſtentiam, quam prædicationem.

Affirmato genere non affirmatur ſpecies.

Quia per Regulam ſuperius poſitam Genus eſt latius ſpecie, quin & prius etiam quoad exiſtendi conſequentiam; ideoque ſpecies prædicantur de illo disjunctive. Ut omne Animal eſt vel Homo vel Brutum, tamen neutrum horum definite.

Genus & ſpecies ſunt in eodem prædicamento.

In quo directe collocatur Genus, in eodem ponuntur ſpecies: quia genus reſpectu ſpecierum in quas dividitur eſt totum: totum autem & partes per regulam ſuperius poſitam ſunt in eodem Prædicamento.

Genus ſignificat naturam quandam diverſam à Speciebus.

Intelligitur non de diſtinctione reali, ſed rationis.

Tota natura generis continetur in qualibet ſpecie.

Si de natura Generis intelligatur, non quatenus formaliter ſumitur pro modo prædicandi, ſed pro materia ſubſtrata.

Nulla ſpecies habet aliquid quod repugnet generi.

Species nimirum materialiter ſumta: quia Genus eſt pars eſſentialis ſpeciei, nihil autem alteri neceſſario competit, quod deſtruit ipſius eſſentiam.

Necesse est id quod generis est particeps, esse alicujus speciei particeps.

Genus enim materialiter idem est cum speciebus sibi subjectis.

Genus prædicatur de speciebus æqualiter.

Intelligitur de Genere univoco; & patet, siquidem cum essentiæ rerum sint indivisibiles ideoq; gradus non admittant, nil possit essentialiter de alio prædicari secundum magis & minus.

DE DIFFERENTIA.

Omnis differentia habet aliquam oppositam sibi differentiam.

Ex eo specierum contradistinctarum differentiæ dicuntur oppositæ, quod non possunt in idem subjectum coincidere; & quod positio unius implicat contradictionem alterius: unde per eas genus dividitur in species distinctas; quod non fieret nisi ipsæ imprimis distinguerentur.

Species non est differentia.

Licet species actu continet differentias, nulla tamen species formaliter differentia est.

Genus non potest esse differentia speciei.

Quia eadem Natura generica utrique speciei communicatur, nil autem distinguitur per ea quæ sibimet cum alio sunt communia.

Differentia non debet esse accidentalis speciei.

Omnis differentia speciei essentialis est, & inseparabilis.

De differentia non prædicatur genus.

Non

Non de differentia in abstracto: prædicatio autem substantivi de adjectivo seu denominativo est impropria & præter ordinem. Porro nihil de alio prædicatur, nisi aut Naturam ipsius explicet, aut in ipsius essentia includatur: cum vero omnes differentiæ sint inter se oppositæ, ac rationis omnino diversæ à Genere quod dividunt; inde nec genus formaliter includunt, nec per illud earum natura explicari potest.

Differentia est posterior genere & prior specie.

Posterior genere natura & quod existendi consequentiam, specie vero prior tanquam pars ipsius.

Eorum quæ ad aliquid referuntur etiam differentiæ ad aliquid referuntur: vel *Relatorum relativæ sunt differentiæ.*

Differentia enim cum pars sit essentiæ, sequitur naturam Totius.

Uniuscujusque eorum quæ ad aliquid referuntur, differentia peti debet ab eo ad quod sua natura refertur.

Sic strigil dicitur instrumentum quo corpus tergitur: quanquam ergo, ut ait *Aristoteles* strigili aliquis haurire aquam possit; perperam diceretur Instrumentum ad hauriendam aquam.

Differentia debet esse in eodem prædicamento in quo est id cujus est differentia.

Si differentia sit essentialis.

Differentia non debet esse negativa.

Si natura rei patiatur: licet enim omnis differentia implicet negationem differentiæ oppositæ, tamen in entibus positivis (quibus differen-

differentia pars essentialis est) semper ponit aliquod positivum.

Differentia reciprocatur cum specie cujus est differentia.

Intelligitur de differentia speciem proxime constituente, quicquid enim est de essentia specifica alicujus rei debet ipsi semper competere, nec aliis communicari; unde & reciproce prædicari necesse est.

Generum diversorum, & non subalternatim positorum diversæ sunt specie differentiæ, eorum vero quæ subalternatim posita sunt, nihil prohibet easdem esse differentias.

Generum non subalternatim positorum sed ejusdem prædicamenti, diversæ sunt differentiæ proxime constituentes: si sint in prædicamentis diversis, nullas easdem differentias nec dividentes nec constituentes habent. In Generibus subalrernatim positis tenet universim, omnes differentias divisivas ad Genera supra se posita extendi; ut è contra differentiæ constitutivæ descendunt ad omnia inferiora.

DE DEFINITIONE.

Definitio non sit obscura.

Ipsius enim munus est explicare. Accidit autem definitioni obscuritas præcipue ratione incertæ aut inusitatæ significationis terminorum, adhibitis viz. vocibus æquivocis, Metaphoricis, aut obsoletis.

Quicquid definitur, debet definiri per priora & notiora: vel *Definitio debet confici ex iis quæ sunt priora & notiora definito.*

Prius

Prius & notius definito aliquid dici possit, vel ratione Causalitatis, sive natura, vel ordine cognitionis humanæ, quæ ab effectibus causarum scientiæ fundamenta ponit. Investigandis naturis rerum utraque methodus adhibenda est; mens enim ab imperfectioribus progressum exordiens, naturam ipsam imitatur.

Definitionem licet ponere loco definiti.

Perinde est si dixeris Socratem esse animal rationale, aut esse hominem.

Definitum non debet ingredi definitionem.

Quia nihil suipsius pars est, nec seipso notius aut prius: quin & idem explicaretur per seipsum.

In definitione ponatur genus proximum.

Illud enim genus adhiberi debet in definitione, quod propius definiti naturam explicat: Genus autem cum principium sit ducens ad cognitionem definiti, exinde debet esse immediatum.

Unius rei unica est definitio.

Essentialis & proxima; talis enim definitio ipsam definiti essentiam exhibet: unius vero rei unica tantum est essentia.

Definitio debet reciprocari cum definito.

Reciprocatio enim in prædicando est inter illa quæ æque patent, totum autem & Partes ipsius essentiales. (scil. Genus & differentia) æqualis sunt latitudinis.

In definitione nihil desit nec redundet.

Rei enim essentia consistit in indivisibili; adeoque nec diminutionem patitur nec additionem.

Definitio non debet esse negativa.

Regula intelligitur de definitione essentiali, & de definitis quæ habent essentiam verain, finitam & positivam. Termini autem negativi definitionem revera negativam non reddunt, si aliquid positivum includant.

Omnis definitio constat genere & differentia.

Quicquid enim definitur est species; definitiones vero summi Generis aut Accidentium per subjecta, &c. licet genere & differentia proprie non constent, quædam tamen in iis utriusque vicem munusque supplent.

De quocunque affirmatur vel negatur definitio, de eo etiam definitum: & contra.

Idem enim materialiter sunt definitum & definitio, & ejusdem latitudinis.

Quicquid affirmatur vel negatur de definitione, affirmatur vel negatur etiam de definito: & e contra.

Tenet in iis quæ de definitione prædicantur necessario, & ratione materiæ substratæ; æqualia enim sunt inter se definitum ac definitio. Porro definitio est definiti prædicatum, quicquid autem prædicatur de prædicato essentialiter, prædicatur etiam de subjecto istius prædicati.

DE DIVISIONE.

Divisum & omnia membra divisionis simul sumta debent inter se adæquari.

Membra dividentia totam divisi latitudinem inter se dispertiunt: omnes enim partes simul sumtæ toti adæquantur.

Divisum plus debet continere quam singula membra divisionis: vel *singula membra divisionis minus contineant quam divisum.*

Divisum scil. formaliter sumtum, & quatenus membra respicit tanquam partes ipsius. Animal enim ut Genus Hominem potestate continet, ut hominis pars est continetur in ipso.

Membra divisionis debent esse inter se opposita.

Si oppositio intelligatur de differentia essentiali, aut saltem de quadam relatione diversa per quam membra divisionis inter se necessario distinguantur quatenus talia, regula universaliter vera est. Sic cum bonum dividitur in jucundum, utile, & honestum, licet membra illa aliquando coincidant, rationes tamen sive respectus eorum manent oppositæ, ut nunquam coincidant.

Divisio debet fieri in partes immediatas, & quam paucissimas.

Fit enim omnis divisio proprie per differentiam divisam proximam. Numerus autem membrorum, quantum divisi natura patitur, debet esse minimus ad evitandam confusionem.

Per negationem non est dividendum.

Regula tenet in iis universim, quæ dividuntur in (& contrahuntur ad) species per differentias essentiales; negatio autem in terminis tantum, cum aliquod positivum includat, ob vocabulorum penuriam sæpissime admittitur.

Cujus divisionis membra continent terminos sive rationes contradictorias, inter ea non datur medium.

Si membra totam divisi naturam ita exhauriant, ut de ipso prædicentur disjunctive; [v. g. Animal est vel Homo vel Brutum] duo tantum cum sint, affirmato uno membro negatur alterum (ut, omne animal Brutum est non Homo; & vice versa,). Hic perspicuum est talia membra rationes contradictoriás continere, nec aliud membrum simul cum ipsis divisi naturam participare posse.

DE ACCIDENTE.

Quicquid advenit Enti est accidens.

Enti in esse perfecto; omne enim extra rei essentiam eatenus accidens est: perfectum vero nil est nisi positis omnibus ad essentiam requisitis.

Omne accidens est in subjecto fini suo proportionato.

Quodlibet accidens non inhæret in quolibet subjecto; sed de omni accidente æque ac forma respectu materiæ verum est, quod subjectum requirunt capax & dispositum; tale autem est id, in quo possint & promtius agere, & diutius conservari.

Quod excluditur per aliquod accidens id ipsum est accidens.

Intelligitur regula de tali Accidente quod aliud excludit vel expellit per modum formæ; quicquid enim ita immediate excluditur, Accidens est: Accidentis enim pugna non est nisi cum Accidente.

Quod

Quod recipitur, recipitur per modum recipientis.

Materia nil recipit nisi certa ratione disposita ad id recipiendum, unde & receptionis modum conditionem recipientis sequi necesse est. Cui contine est Regulæ superius positæ pronunciatum; actus eorum quæ agendi vim habent recipiuntur in disposita.

Accidens non migrat de subjecto in subjectum.

Nulla forma materialis, eadem numero manens, à subjecto suo immediato transit in aliud.

Accidentis non est accidens.

Nullius accidentis aliud accidens est subjectum ultimum vel prædicationis vel inhæsionis; gratia autem subjecti communis in quo duo accidentia inhærent, potest unum eorum utroque modo respectu alterius esse subjectum ultimatum.

In Deum non cadit accidens.

Prædicamentale & revera distinctum ab ipso. Accidentia autem ea quæ extrinsece denominant, de Natura divina dici posse nil repugnat: at quicquid Deo realiter inest, ipse Deus est.

Quod in uno est accidens in alio non est substantia.

Si accidens hic loci non sumatur late & improprie pro eo quod non est de essentia alicujus rei, sed proprie pro eo quod essentia sua sit Accidens, Regula valet universim.

Duo accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subjecto.

Idem subjectum sive eadem pars subjecti non recipit duo Accidentia nisi diversi generis, aut si

si ejusdem speciei sint, ratione saltem aut habitudine quadam inter se distincta; quin gradus plures ejusdem accidentis possint nil vetat.

Unum numero accidens non potest esse in duobus subjectis.

Ejusdem numero Accidentis & sub eodem respectu considerati, non possunt esse duo subjecta immediata, non subalterna, aut numero diversa.

Quæ easdem habent proprietates eandem habent essentiam: sive, *Quorum sunt diversæ Naturæ, eorum etiam sunt diversæ proprietates; & vice versa.*

Proprietates enim manant ab essentia, & de ipsa prædicantur reciproce, non tamen ratione sua abstracta; nam risibilitas non est rationalitas, neque è contra: ideoque inseparabiles cum sint, positis iis essentiam poni necesse est.

Æquivoca non habent easdem proprietates.

Æquivoca quoniam nomen tantum habent commune, naturam autem & essentiam omnino diversam, easdem proprietates habere non possunt.

Accidentia quinti prædicabilis primo & immediate competunt individuis, & secundario, seu eorum interventu, speciebus sive universalibus. Contra *propria primo, & immediate speciebus seu universalibus, secundario singularibus seu individuis competunt.*

Ratio regulæ est, quia Accidentia existentiam rei (singularis nimirum) concomitantur: propria autem manant ab Essentia, quæ universalium est.

Sicut

Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime: vel *sicut se habet gradus positivus ad positivum, ita comparativus ad comparativum, & superlativus ad superlativum; & vice versa.*

In iis universim valet Regula, quæ prædicantur simpliciter & necessario: & ratio est, quia in iis quæ recipiunt magis & minus, ratio prædicandi sequitur gradus intensionis & remissionis.

In quibus datur magis & minus tale, in iis datur maxime & summe tale.

In suo genere: etiamsi enim in malitia sint gradus, non tamen datur summum malum ut opponitur summo bono; licet inter mala invenitur quod præ ceteris pessimum est.

A comparativo ad positivum affirmative valet consequentia.

Si prædicationes non sint impropriæ, aut si servetur idem respectus in gradu positivo qui fuit in comparativo, ut non dicitur aqua levis, quia terra levior est; quia levitas improprie omnino prædicatur de aqua, & solum respectu gravioris elementi.

A Positivo ad comparativum negative tantum valet consequentia.

Quia esse relatum, supponit esse simpliciter; nec dari possit excessus in gradibus intensionis sive remissionis, ubi gradus primus non datur; quippe eodem modo se habet in iis, ut unitas in numeris.

Par parium est ratio.

In quantum sint paria.

D E

si ejusdem speciei sint, ratione saltem aut habitudine quadam inter se distincta; quin gradus plures ejusdem accidentis possint nil vetat.

Unum numero accidens non potest esse in duobus subjectis.

Ejusdem numero Accidentis & sub eodem respectu considerati, non possunt esse duo subjecta immediata, non subalterna, aut numero diversa.

Quæ easdem habent proprietates eandem habent essentiam: sive, Quorum sunt diversæ Naturæ, eorum etiam sunt diversæ proprietates; & vice versa.

Proprietates enim manant ab essentia, & de ipsa prædicantur reciproce, non tamen ratione sui abstracta; nam risibilitas non est rationalitas, neque è contra: ideoque inseparabiles cum sint, positis iis essentiam poni necesse est.

Æquivoca non habent easdem proprietates.

Æquivoca quoniam nomen tantum habent commune, naturam autem & essentiam omnino diversam, easdem proprietates habere non possunt.

Accidentia quinti prædicabilis primo & immediate competunt individuis, & secundario, seu eorum interventu, speciebus sive universalibus. Contra *propria primo, & immediate speciebus seu universalibus, secundario singularibus seu individuis competunt.*

Ratio regulæ est, quia Accidentia existentiam rei (singularis nimirum) concomitantur: propria autem manant ab Essentia, quæ universalium est

Sicut

Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime: vel *sicut se habet gradus positivus ad positivum, ita comparativus ad comparativum, & superlativus ad superlativum; & vice versa.*

In iis universim valet Regula, quæ prædicantur simpliciter & necessario: & ratio est, quia in iis quæ recipiunt magis & minus, ratio prædicandi sequitur gradus intensionis & remissionis.

In quibus datur magis & minus tale, in iis datur maxime & summe tale.

In suo genere: etiamsi enim in malitia sint gradus, non tamen datur summum malum ut opponitur summo bono; licet inter mala invenitur quod præ ceteris pessimum est.

A comparativo ad positivum affirmative valet consequentia.

Si prædicationes non sint impropriæ, aut si servetur idem respectus in gradu positivo qui fuit in comparativo, ut non dicitur aqua levis, quia terra levior est; quia levitas improprie omnino prædicatur de aqua, & solum respectu gravioris elementi.

A Positivo ad comparativum negative tantum valet consequentia.

Quia esse relatum, supponit esse simpliciter; nec dari possit excessus in gradibus intensionis sive remissionis, ubi gradus primus non datur; quippe eodem modo se habet in iis, ut unitas in numeris.

Par parium est ratio.

In quantum sint paria.

DE

DE EODEM, DIVERSO ET DISTINCTO.

Identitas major præſupponit minorem.

Quia Identitas rerum attenditur quantum ad convenientiam in aliquo eſſentiali prædicato, numerico ſcil. ſpecifico ſive generico, & omne ſuperius actu continetur in inferiori; ideo Identitas numerica (quæ omnium maxima eſt) continet & præſupponit ſpecificam, ſpecifica genericam.

Quæ ſunt eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe.

Quantum ad illud tertium.

Quorum caſus & conjugata ſunt eadem, illa ipſa ſunt eadem.

Fundamentum Regulæ eſt, quod in nominibus bene impoſitis, ratio nominis eſſentiæ rei conformis eſt: unde cum plures voces ſint cognatæ, & ejuſdem ſignificationis; eandem in rebus ipſis convenientiam & cognationem eſſe deſignant & inferunt.

Quorum oppoſita ſunt eadem, illa ipſa ſunt eadem; & Quorum oppoſita non ſunt eadem, illa ipſa non ſunt eadem.

Ut ſi candidum & album opponantur pariter atro & nigro, candidum & album erunt eadem; ut & futura ſunt nigrum & atrum.

Quæ eadem ſunt, eorum origines & interitus, ut & τὰ ποιητικὰ & τὰ φθαρτικὰ ſunt eadem.

Valet Regula in iis quæ formaliter eadem ſunt, & in exquirendis differentiis & diverſitate rerum eximii uſus eſt.

Quæ

Quæ ſunt eadem habent eadem accidentia, vel ipſa ſunt earundem rerum accidentia.

Eadem ſunt quibus eadem accidentia propria conveniunt; quibus autem eadem accidentia communia vel propria nec actu conveniunt, nec unquam convenire poſſunt, ea diverſa ſunt.

Quæcunque ſunt eadem, etiam prædicata habent eadem, & ipſa de iiſdem prædicantur.

Idem enim à ſeipſo non differt, ideoque quicquid prædicatur de eodem Subjecto quatenus tali, prædicatur ſemper.

Quorum unum poteſt eſſe ſine altero, illa non ſunt eadem.

Uni enim enti duæ Exiſtentiæ non poſſunt competere, nedum poteſt eadem res ſeparatim exiſtere à ſeipſa.

Quorum unum ſine altero eſſe poteſt, vel quæ ſejuncta eſſe poſſunt, illa diſtinguuntur realiter.

In iis, quæ ſejuncta propriam exiſtentiam habent, valet univerſe; in ceteris etiam verum eſt, ſi realis diſtinctio latè ſumatur pro modali.

DE OPPOSITIS.

Oppoſita non poſſunt dici de eodem.

Eodem ſubjecto, ratione ejuſdem temporis, & eodem reſpectu, non ſimpliciter, neque ſecundum eandem ſubjecti partem.

Contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto.

In gradibus intenſis non poſſe certum eſt, quin nec in remiſſis; quia, (præterquam quod in

in gradibus remissis desinunt esse proprie contraria,) nec tamen in eo statu easdem subjecti partes occupant: In aqua enim tepida, peri de ac colore cineritio, particulæ contrariis qualitatibus imbutæ æquali misturâ mediam quandam qualitatem generant.

Eadem est contrariorum materia.

Scil. subjectum commune ex quo se mutuo expellunt, nisi alterum eorum insit natura.

Non necesse est unum contrariorum si sit, & reliquum esse.

Si contraria spectentur in sua naturâ absolutâ, existentia unius non infert existentiam alterius; aliter enim contrarii à contrario necessario esset dependentia quoad esse, quod repugnat: si sumantur vero ut Relata, coëxistunt.

Si alterum contrariorum est natura, etiam alterum esse natura necesse est.

Contrarium hic late sumitur, ut mens Regulæ sit, Naturæ Parentem in toto rerum sublunarium complexu nil creasse, cui ex altera parte contrarium non respondeat; quod etiam, quia omnis motus (unde & Generatio, & corruptio, & ceteræ mutationes) fit à contrario, in contrarium omnino necesse est.

Contraria sub eodem genere maxime distant.

Contrariorum distantia quia oritur à differentiis constituentibus, quæ natura sua debent esse oppositæ) ideo eorum formam respicit; & realium discriminum maximum est: nam quoad gradum omnia contraria non maxime distant; quin & sic magis distant contradictoria licet non sub eodem genere.

Unum

Unum uni est contrarium.

Contrarietas adæquata est solum inter duo, eaque specie diversa.

Contradictoria nec simul vera, nec simul falsa esse possunt. Vel. *alterum contradictoriorum affirmatur vel negatur de quolibet.*

Fundatur hæc Regula in duabus primis, ac iisdem restrictionibus limitatur.

Oppositorum eadem est scientia.

Ea relatorum natura est, ut cognito uno cognoscatur & alterum; ideoque oppositum, cum dicit respectum ad aliud, non potest nisi cum opposito suo collatum perfecte cognosci,

Inter contradictoria est distantia infinita.

Indefinita & indeterminata; licet enim in aliis oppositorum generibus extrema præcise noscuntur, tamen contradictoriorum alterum non limitatur aut restringitur ad certum aliquem entitatis conceptum, sed quodammodo infinite patet; ut non-homo.

Inter omnia contradictoria æqualis est repugnantia.

De eodem simul non affirmari vel negari omnibus contradictoriis æque competit.

Omnis contrarietas negationem habet alterius contrariorum.

Quia contraria in eodem subjecto aut eadem subjecti parte non compatiuntur sese simul existere; ideo unius existentia in subjecto aliquo alterius negationem infert.

A privatione ad habitum non datur regressus.

A privatione tollente actum & potentiam simul viribus naturæ ad eundem numero habitum

tum non datur regressus.

Ab extremo ad extremum non fit transitus nisi per media: sive Transeuntem ab extremo ad extremum oportet transire per omnia media.

Valet regula in omni motus genere: in instantaneis, inter ens & non ens instans quasi medium est; in Augmentatione & diminutione, dimensionum mutatio; in Alteratione, partes graduales Physicæ; in motu locali, distantia.

Media constant ex contrariis.

Intelligitur Regula de mediis formæ sive participationis, ut tepor respectu calidi & frigidi; color cinereus respectu albi & nigri; aut virtus collata cum extremis vitiis.

Media sunt ejusdem generis cum extremis.

Ejusdem Prædicamenti sive generis remoti.

Quot modis dicitur unum oppositorum, tot dicitur & alterum.

Si opposita expendantur quoad rationem sive Fundamentum oppositionis: necesse enim est ut eo sensu omni opposito aliud oppositum respondeat & æquale sit, significationum numero saltem, si non etiam suppositorum. Ut substantia v. g. respectu Accidentis, (divisi in novem prædicamenta) dicitur affici & substare accidentibus totidem modis quot substantiæ inhæreant, & de eâ prædicentur Accidentia.

Oppositorum opposita sunt consequentia.

Omne necessarium consequens Oppositi quatenus tale, infert alterius oppositi adæquati consequens oppositum.

De Vero et Falso, Bono, Malo, Perfecto et Imperfecto.

Ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera & falsa.

Enunciationis veritas in eo consistit, ut sit rebus conformis

Verum vero consonat.

Ratio Regulæ petitur ab harmonia illa quæ uniformi quodam nexu omnium Artium & Scientiarum Principia & Conclusiones quasi in unam Fabricam compingit; quod speciatim etiam in propositionibus de quolibet subjecto verum est, duo enim prædicata non possunt verè affirmari de aliquo quorum unum destruit alterum.

Includens perfectius est quolibet incluso.

Valet Regula universim, ubi includens ad inclusum habet rationem totius ad partem.

Desiderium boni imperfectioris cessat acquisito perfectiori.

Desiderium enim imperfectius ad magis perfectum refertur tanquam medium ad finem; acquisito autem fine cessant media: desiderium vero perfectius dicitur quod appetentis judicio (licet erranti) melius convenire videatur.

Ex duobus malis minus est eligendum.

Malis pœnæ; nam è malis peccati nullum eligendum est.

Si maximum maximo præstat, etiam genera generibus præstant. Et, si genera generibus præstant, etiam maximum maximo.

Ratio Regulæ est, quia specimen uniuscujusque Naturæ ab optima natura sumendum est. Unde si alicujus generis species, aut speciei individua perfectissima, alterius aut ejusdem generis speciei, aut speciei individuis præstant, tum ipsa genera præstare verisimile est; & vice versa.

Bonum commune præferendum est proprio.

Idem specie bonum prout communitatem respicit, melius est quam si ad unius proprietatem coarctaretur. Boni enim proprium est ut sit sui communicativum.

Bonum publicum præferendum est privato.

Cum simul in discrimen veniunt bonum civitatis & bonum civis, prioris potior ratio habenda est; quia commune proprio præferendum est, & tum maximè cum utrisque simul non datur locus.

DE PROPOSITIONE.

Talia sunt subjecta, qualia permittuntur esse à suis prædicatis.

Licet in iis quæ metaphoricè prædicentur sensus prædicati sumatur à subjecto; at quoniam quoad nos Accidentia sunt subjectis notiora, ac prædicati munus sit subjectum explicare; ideo ejusdem mensura statusve exinde sumendus est, unde denominatur.

Quando conditionalis est vera, si ejus antecedens est necessarium, etiam consequens est necessarium.

Quicquid ex suppositione aliqua necessarium est, tum posita conditione quod est antecedens,

tecedens,

tecedens, necessario sequitur consequens. Universim valet, ubi effectus pendet à causalitate conditionis.

Veritas enunciationis de præterito aut futuro pendet à veritate enunciationis de præsenti; vel ita, Omnis enunciatio de præterito aut futuro vera fuit aut erit aliquando vera de præsenti.

Omnis propositio de Præterito aut futuro vera non est, nisi fundetur in aliquod olim factum, aut jam existens, aut posthac exiturum sive faciendum.

Ad veritatem propositionis requiritur, ut omne id quod significatur voce prædicati conveniat subjecto.

Ut conveniant eo sensu quo prædicatur.

Ad veritatem propositionis non requiritur ut prædicatum conveniat subjecto secundum omne id quod significatur aut implicatur in subjecto, sed sufficit si conveniat ipsi secundum aliquid quod per ipsum importatur.

Ratio regulæ est, quia illud prædicatum de subjecto simpliciter dici non possit, quod convenit ipsi tantum secundum quid; at vero, multa prædicata licet torum subjectum denominare videantur, revera tamen solum partem ejusdem afficiunt; ideoque hæ propositiones, Homo est mortalis, &, Homo est immortalis, diverso respectu veræ sunt, scil. quando applicantur subjecto secundum eam partem quam important.

Ad veritatem propositionis requiritur, ut omne quod implicatur in subjecto conveniat subjecto eo tempore quo fit implicatio.

X 2. Quia

Quia prædicari sequitur inesse.

A propositione affirmativa finita ad negativam infinitam, & vice versa, valet consequentia.

Ut, Homo est rationalis, ergo non est non rationalis; & ratio est, quia in talibus propositionibus implicatur oppositio contradictoria unius ad alteram; è contradictoriis vero unum affirmatur, alterum negatur.

A propositione negativa finita ad affirmativam infinitam, & contra, valet consequentia.

Ut, Planta non est sensibilis, ergo est non sensibilis; ratio autem consequentiæ patet ex præcedenti.

Ab Est tertii adjecti ad Est secundi valet consequentia.

I. e. Quicquid prædicatur de subjecto tanquam accidens reverà actu inhærens, id supponit & infert existentiam subjecti. Ut, Sol est supra Horizontem, ergo est.

DE SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO.

SYLLOGISMUS assensum imperans, qui *demonstrativus* vel apodicticus appellatur, duplici *definitione* ab *Aristotele* insignitur, quarum prima ab ejusdem *fine* desumitur. Scil. quod est *syllogismus scientiam pariens.*

Scientia autem est *cognitio* dianoetica *causæ* propter quam res est, quod illius rei sit, nec possit aliter se habere.

Nimirum *cognitio* utcunque firma & infallibilis

lis à *sensu* petita, v. g. *solem meridie lucere*, vel propositionis alicujus ex se evidentis notitia, quam *Aristoteles* νοῦν, sive *Intelligentiam* vocat. v. g. *totum esse majus suâ parte*, minimè hic spectantur; ad ista enim apprehendenda frustra adhibetur syllogismus aut facultas animæ διανοητική.

Quin nec *scientiam* præstat qualiscunque *causæ* ipsius *cognitio*; confusa enim aliqua, & quasi de nomine notitia, eidem prærequiritur, ut inferius dicetur; sed habitudo causæ ad suum effectum, & mutuus utriusque & indissolubilis nexus apprehendi debent, ut scire dicamur.

Notandum *quatuor quæstiones* in rerum cognoscendarum disquisitione institui posse, εἰ ἔστι, τί ἐστι, ὅτι ἐστι, καὶ διότι ἐστι, scil. *an sit, quid sit, an insit, cur insit.* Harum duæ priores pertinent ad Themata *simplicia*, & proinde dicuntur quæstiones simplices: reliquæ pertinent ad Themata *complexa*, & ideo nuncupantur quæstiones complexæ. Sic cum interrogo, *an sit lapis philosophicus*, Et *quid sit iste lapis*, sunt quæstiones *simplices*, & in una re terminantur: hæc in definitione, illa in existentia mera lapis Philosophici; cum autem quæro *utrum lapis ille metalla quævis in Aurum convertat*, aut *quare convertat*, sunt quæstiones *complexæ*, & ad plures res terminatæ.

Quid nominis τί τὸ λεγόμενον *Aristoteli*, non est quæstio *logica*, sed *Grammatica* potius, & in *Dialectica* præcognitum habetur, neque enim illa disceptatio institui potest, priusquam de terminis inter disputantes convenerit.

 Notetur,

Quia prædicari sequitur inesse.

A propositione affirmativa finita ad negativam infinitam, & vice versa, valet consequentia.

Ut, Homo est rationalis, ergo non est non rationalis; & ratio est, quia in talibus propositionibus implicatur oppositio contradictoria unius ad alteram; è contradictoriis vero unum affirmatur, alterum negatur.

A propositione negativa finita ad affirmativam infinitam, & contra, valet consequentia.

Ut, Planta non est sensibilis, ergo est non sensibilis; ratio autem consequentiæ patet ex præcedenti.

Ab Est tertii adjecti ad Est secundi valet consequentia.

I. e. Quicquid prædicatur de subjecto tanquam accidens reverà actu inhærens, id supponit & infert existentiam subjecti. Ut, Sol est supra Horizontem, ergo est.

DE SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO.

SYLLOGISMUS assensum imperans, qui *demonstrativus* vel apodicticus appellatur, duplici *definitione* ab *Aristotele* insignitur, quarum prima ab ejusdem *fine* desumitur. Scil. quod est *syllogismus scientiam pariens.*

Scientia autem est *cognitio* dianoetica *causæ* propter quam res est, quod illius rei sit, nec possit aliter se habere.

Nimirum *cognitio* utcunque, firma & infallibilis

lis à *sensu* petita, v. g. *solem meridie lucere*, vel propositionis alicujus ex se evidentis notitia, quam *Aristoteles* νοῦν, sive *Intelligentiam* vocat. v. g. *totum esse majus suâ parte*, minimè hic spectantur; ad ista enim apprehendenda frustra adhibetur syllogismus aut facultas animæ διανοητική.

Quin nec *scientiam* præstat qualiscunque *causæ* ipsius *cognitio*; confusa enim aliqua, & quasi de nomine notitia, eidem prærequiritur, ut inferius dicetur; sed habitudo causæ ad suum effectum, & mutuus utriusque & indissolubilis nexus apprehendi debent, ut scire dicamur.

Notandum *quatuor quæstiones* in rerum cognoscendarum disquisitione institui posse, εἰ ἔστι, τί ἐστιν, ὅτι ἐστι, καὶ διότι ἐστιν, scil. *an sit, quid sit, an insit, cur insit.* Harum duæ priores pertinent ad Themata *simplicia*, & proinde dicuntur quæstiones simplices: reliquæ pertinent ad Themata *complexa*, & ideo nuncupantur quæstiones complexæ. Sic cum interrogo, *an sit lapis philosophicus*, Et *quid sit iste lapis*, sunt quæstiones *simplices*, & in una re terminantur: hæc in definitione, illa in existentia mera lapis Philosophici: cum autem quæro *utrum lapis ille metalla quævis in Aurum convertat*, aut *quare convertat*, sunt quæstiones *complexæ*, & ad plures res terminatæ.

Quid nominis τί τὸ λεγόμενον *Aristoteli*, non est quæstio *logica*, sed *Grammatica* potius, & in *Dialectica* præcognitum habetur, neque enim illa disceptatio institui potest, priusquam de terminis inter disputantes convenerit.

 Notetur,

Notetur, *substantias* quascunque, *simplices* tantum quæstiones admittere, *accidentia* vero *complexas*; proinde de illis solum demonstrationes procedere, quæ aut quæstioni ὅτι sive de *inessentia* respondent, aut διότι sive de immediatâ *causalitate* instituuntur; duplicique demonstrationis speciei, ὅτι & διότι dictæ, locum faciunt.

1. Demonstrationem diximus esse syllogismum; itaque ad illum *tres termini* requiruntur.

1. *Subjectum*, quod est minor Terminus, & de quo affectio demonstranda est: ubi præcognosci oportet, & *quod sit* (nam quod non est, sciri non potest, referente *Aristotele*,) & *quid sit*, non nominis modo, sed etiam rei; nam scientiæ omni, quod idem Philosophus adnotavit, præcedens aliqua cognitio præstruenda est; cognitio inquam confusa, licet non distincta.

2. Proximum quod succedit est *Affectio*, sive accidens quod de subjecto enunciatur, & est major terminus in demonstratione, ubi saltem quid *nominis* debet præcognosci.

3. Demum habetur *principium*, estque medius terminus per quem affectio demonstratur de subjecto; ubi *quid nominis* est præcognoscendum.

Istis in antecessum positis, ad secundam *Aristotelis definitionem* procedendum, quæ à *materia* petitur; scil quod sit *Syllogismus constans ex veris, primis, immediatis, notioribus. prioribus, & causis conclusionis.*

Præmissæ demonstrationis ita debent esse *veræ*, ut sit perpetuus & indissolubilis nexus præ-

prædicati cum subjecto, scil. ut contingentia omnis absit, & necessariæ audiant.

Notandum *tres* haberi *necessitatis gradus*; de omni, per se, & quatenus ipsum.

Propositio *de omni* est duplex, vel *prioristica*, scil. ubi enunciatio universalis sub temporis exceptione procedit; vel *posterioristica*, ubi prædicatum subjecto, non modo omni, sed & semper inest. Sic hæc propositio, *Omnis arbor viret*, vera est prioristicè, hæc autem, *Omnis arbor est vivens*, vera est posterioristicè: quibus vocibus hoc tantum innuitur, illa solum universalia prædicata quæ de omni & semper procedunt, ad *demonstrationem*, quam in *posterioribus analyticis* tradit Philosophus, esse utilia.

Notandum propositiones universales *negativas* dici etiam de omni; nam in hac Propositione, *Nullus homo est lapis*, de singulis obtinet, quod non sit lapis: imo ad affirmantes saltem infinitas sunt reducibiles istiusmodi propositiones. v. g. *Nullus homo est lapis*, ad istam, *Omnis homo est non lapis.*

2. Secundus necessitatis gradus, sive *per se*, est cum inter prædicatum & subjectum est nexus essentialis. Hujus quatuor sunt modi.

Vel enim prædicatum est de *Definitione subjecti*, idque vel explicite, ut genus proximum, differentia proxima, & ex iis constans integra definitio; aut implicite, ut genus & differentia remota: perinde enim est si dixeris *homo est animal*, est *corpus*, est *rationalis*, est *animal rationale.*

Vel

Vel prædicatum est *proprietas* consequens essentiam subjecti, ut cum dicitur, *Ignis est calidus.* Ubi nihil refert ex parte subjecti utrum sit primum & adæquatum, vel remotum seu inadæquatum: perinde enim est si dicas, *equus est mobilis*, aut *corpus est mobile.* Ex parte autem prædicati sufficit si prædicatum dicatur de aliquo essentialiter, in cujus definitione continetur subjectum, v. g. *homo* est *qualis*, quia vox *qualis* dicitur de *risibili.* Ex parte *utriusque* cum subjecti tum prædicati, sufficit huic *modo*, si & prædicatum & subjectum per se *conveniat* alicui *tertio* quod illorum utriusque definitionem ingreditur; ut cum dicitur, *Nutribile* est *augmentabile*, nam utrumque per se convenit *viventi*, quod pars etiam est Definitionis utriusque.

Vel *existentia* prædicatur de substantia, ut cum dicitur *Socrates existit*, aut etiam, de accidente, ut *color est.* Hujusmodi propositiones dicuntur *secundi adjacentis*; suntque ad demonstrationem inutiles, quia, ut dictum, solum accidens proprium demonstratur.

Vel *causa externa*, efficiens scil. & finis, vel *effectus* externus est *prædicatum* propositionis. Ut cum dicitur, *Eclipsis* est *obumbratio terræ, Animalia duplicata* habent *sensoria*, ut si alterum defecerit, superstes munia obeat, &c.

Notandum modos omnes per accidens à demonstratione excludi, quia accidentia nulla (puta communia) sunt necessaria; at dictum, demonstrationem ex necessariis constare.

3. Tertius necessitatis gradus; qui *quatenus ipsum* seu universale primum dicitur, est talis necessi-

necessitas in qua nexus est *reciprocus* prædicati & subjecti; ut *homo* est *risibilis*, *risibile* est *homo.*

Notandum quod secundus gradus necessitatis includit primum, tertius vero qui est perfectissimus utrumque amplectitur.

Alterum requisitum syllogismi demonstrativi est, ut constet ex *immediatis* seu *primis*; hoc autem dicitur duplici respectu; scilicet *subjecti*, cum inter prædicatum & subjectum nullum intervenit immediatius subjectum, ut *homo est rationalis*; & *causæ*, cum inter ea nulla intervenit immediatior causa, ut *rationale est risibile*: quorum utrumque in demonstratione intervenit.

Requiritur insuper ut constet ex *notioribus* quam est conclusio, aliter enim per illa conclusio non cognoscetur: notioribus inquam vel quoad nos, vel saltem quoad naturam. Constat etiam ex *prioribus*, siquidem ex illis sequitur educiturque conclusio.

Demum constat ex *causa conclusionis*; scire enim, ut supra dictum, est per causam. Sunt autem causæ non solum *inferendi*, id enim in quovis syllogismo legitimo habetur, neque tantum *cognoscendi*, ut sint notiora, quod superius requirebatur, sed *essendi* quoque.

Notetur *quatuor* esse *causarum genera* (quarum duæ sunt internæ, *materia* & *forma*; duæ etiam externæ, *efficiens* & *finis*) causas autem *externas* solum ingredi demonstrationem. Nam quia prædicatum est accidens, non habet materiam & formam propriè dictam. Causa *finalis* adhibetur in iis quæ fiunt ob aliud; qualia sunt media

dia & instrumenta naturalia, item actiones & habitus siqui demonstrari possunt: in ceteris adhibetur causa efficiens. Accidit aliquando, ut causa proxima efficiens sit etiam forma aut materia subjecti, unde dicit *Aristoteles* omnes causas medium Demonstrationis esse posse, *materialiter* scil. at non *formaliter*.

Dicendum itaque demonstrationem *propter quid* eam esse in qua *effectus* sive *passio* demonstratur inesse subjecto per *causam* proximam, eamque vel *efficientem* vel *finalem*. Ut

Omne quantum est in loco,
Omne corpus est quantum,
Ergo omne corpus est in loco,
Id quod felicitati maximè conducit est plurimi faciendum,
Pietas felicitati maximè conducit,
Ergo pietas plurimi est facienda.

Demonstratio *quod*, quæ analogice tantum est demonstratio, atque humani ingenii imbecillitatem arguit, est in qua prædicatum conclusionis probatur inesse vel non inesse subjecto, id autem per causam non proximam aut per effectum proximum. Scil. duplici *medio* utitur demonstratio *quod*. 1. Per *causam remotam* instituitur, sed non reciprocam; ut, Omne animatum nutritur, stellæ non nutriuntur, *ergo* non sunt animatæ. Huic accenseatur, adjunctum aut signum necessarium licet causalitas non intervenit.

2. Per *Effectum proximum & necessarium*. Quod illuminatur per incrementa sphærica est rotundum, luna illuminatur per incrementa sphærica, *ergo* luna est rotunda.

Notandum demonstrationem ab *affectu* posse esse *affirmativam* & *negativam*; demonstrationem verò à *causa* remota semper esse *negativam* & concludere in *Camestres*. Effectus quidem reciprocatur cum causa proxima, adeoque posito effectu ponitur causa proxima, eoque sublato tollitur; at causa remota sublata, tollitur quidem effectus, at ea posita minime necesse est effectum poni, quia non reciprocantur. Rectè colligimus *plantas vivere* quia *crescunt & nutriuntur*, & *stellas non vivere* quia *nec crescunt nec nutriuntur*. Sequitur etiam *nullam plantam respirare*, quia destituitur anima *sensitiva*, at non sequitur omne *animal respirare* quia *habet* animam sensitivam.

DE AFFECTIONIBUS DEMONSTRATIONIS.

Tres recensentur Demonstrationis affectiones. 1. Analysis, 2. Regressus, 3. Conversio in definitionem.

1. *Analysis* est resolutio effectus in causas suas proximas atque indemonstrabiles, ut rerum nexus & dependentiæ distinctè cognoscantur. Sic dicimus omne *vivens augeri* quia *nutritur*, *nutriri* quia habet *facultatem nutritivam*, habere facultatem nutritivam quia habet *Animam*; hic autem sistitur, quia potentiæ fluunt immediatè *à* forma.

2. *Regressus* est reciproca demonstratio; quia post-

postquam per effectum confuse cognitum demonstravimus causam, Quod sit; regredimur per eandem causam distinctè cognitam, ad demonstrandum effectum propter quid sit.

Fit hujusmodi Regressus simpliciter convertendo majorem, & transponendo minorem & conclusionem.

Differt à *Circulo* (vitiosæ argumentationis specie) quia in illo quæritur talis reciproca Demonstratio quæ sit utrobique propter quid: & idem ferè est cum eo quod *Aristoteles* petitionem principii vocat, de qua infra agetur. Exemplo res clarior futura est; scil.

Omnis cujus pulsus est concitatus, is febre laborat,
Titii pulsus est concitatus,
Ergo Titius febre laborat.
Hoc ita demonstrato sic fit Regressus,
Omnis febre laborans habet pulsum concitatum, *Titius* febre laborat,
Ergo Titius habet pulsum concitatum.

Fieri omnino potest ut quis ex inæquali & *concitato pulsu* colligat aliquem laborare *febre*, qui nondum novit febrem esse *causam* inæqualis & concitati pulsus: non enim necesse est ut si duo perpetuo connexa sint, eorum alterum sit causa alterius; cum plura effecta ejusdem causæ, possint esse perpetuo connexa; ut *inæqualitas pulsus*, & *sitis*, & *calor præternaturalis*, &c. in febre pariter contingunt.

3. *Conversio* demonstrationis, *in definitionem* affectionis. Scil. ex hac demonstratione,

Omne rationale est risibile.
Omnis homo est rationalis,
Ergo omnis homo est risibilis,

Resultat hæc *definitio*. Risibilitas est Affectio hominis, orta ex rationalitate.

CONSECTARIA EX PRAEDICTIS.

1. Non licet in demonstrationibus de genere in aliud genus migrare.
2. Demonstratio non est rerum fortuitarum.
3. Demonstratio non est rerum sub sensum cadentium.
4. In Demonstratione non datur infinitus processus.

DE SYLLOGISMO SOPHISTICO.

Syllogismus *Sophisticus* sive *litigiosus*, aut *fallax* est, qui ex iis quæ *videntur probabilia*, non sunt autem, in *errorem* perducit.

Quanquam rectum & sui & obliqui norma sit, & *præcepta* constructionis *syllogisticæ* superius tradita, paralogismos omnes aliquatenus detegant, & redarguant: supervacuum non erit *metas* sophisticas (habet enim vel error sua *topica*) seorsim perlustrare.

Fallacia sunt aut *in Dictione*, aut *extra Dictionem*. Fallacia *in dictione* est, quæ causam apparentiæ habet in dictione, seu *voce*.

Fallaciarum in dictione ab *Aristotele* sex recensentur species: quarum tamen aliquæ ita sunt obviæ, ut non multum metuendum sit ne in

 fraudem

fraudem perducant. *Homonymia, amphibolia, compositio, divisio, prosodia*, sive accentus, & *figura dictionis.*

1. Sophisma *homonymiæ* oritur ex unius dictionis ambiguitate. Ut, Omnis canis latrat, sidus cœleste est canis, *ergo* sidus cœleste latrat. Mus est monasyllabum, mus rodit caseum, *ergo* monasyllabum rodit caseum. Oculus solus videt, oculus solus est mortuus, *ergo* aliquod mortuum videt. Finis rei est illius bonum. Mors est finis vitæ, *ergo* Mors est vitæ bonum. Quod non amisisti habes, cornua non amisisti, *ergo* cornua habes. Quod ego sum tu non es, ego sum homo, *ergo* tu non es. Quantitas non est substantia, corpus est quantitas, *ergo* corpus non est substantia. Quod est rotundum caret principio & fine, mundus est rotundus, *ergo* caret principio & fine. Omne coloratum non est album, nix est colorata, *ergo* nix non est alba. Homo quatenus rationalis tantum, non est Philosophus, *Aristoteles* est homo quatenus rationalis tantum, *ergo Aristoteles* non est Philosophus.

Ista & similia solvuntur *distinguendo* de termino *æquivoco*, & ostendendo ambiguitatem. Quin notandum peccare in forma syllogistica, & quatuor terminis constare.

2. Sophisma *Amphiboliæ* est, quod oritur ex ambiguo sensu orationis, cujus singulæ dictiones per se homonymia carent. Ut, quod quis videt hoc videt, sed parietem quis videt, *ergo* paries videt. Qui surdo canit voce modulatur. at qui monet indocilem surdo canit, *ergo* qui monet indocilem voce modulatur. Qui librum

in

in lucem mittit vult eum ab omnibus legi, qui librum in ignem conjicit in lucem mittit, *ergo* qui librum in ignem conjicit vult eum ab omnibus legi. Nulla assertio tua est falsa, ergo omnis assertio tua est falsa. Neque enim ad primam asserrionem falsam sequitur omnem assertionem esse falsam, neque ad secundam assertionem esse falsam, sequitur omnem assertionem esse falsam, & sic de ceteris, ergo ad nullam assertionem esse falsam, sequitur omnem assertionem esse falsam. Hæc eodem modo solvuntur quo priora.

3. Sophisma *compositionis* est quod oritur ex conjunctione eorum quæ dividenda sunt. Ut, duo & tria sunt par & impar, quinque sunt duo & tria, *ergo* quinque sunt par & impar. Possibile est omnem parietem esse album, sed aliquis paries est niger, *ergo* possibile est aliquod nigrum esse album. Hic servus est pater, hic servus est tuus, *ergo* hic servus est pater tuus. Omnes planetæ sunt septem, sol & luna sunt planetæ, *ergo* sol & luna sunt septem.

4. Sophisma *divisionis* est, quod oritur ex divisione eorum quæ conjungenda sunt. Ut, quinque non sunt par & impar, duo & tria sunt quinque, *ergo* duo & tria non sunt par & impar. Impossibile est album esse nigrum, hic paries est albus, *ergo* impossibile est hunc parietem esse nigrum. Impossibile est sedentem stare, hic stat, *ergo* impossibile est ut sedeat. Omne animal aut est rationale aut irrationale, atqui non omne animal est rationale, *ergo* omne animal est irrationale. Omne animal fuit in Ar-

câ *Noachi*, multa animalia diluvio perierunt, *ergo* multa animalia quæ deluvio perierunt fuerunt in arcâ *Noachi*.

Utrumque hoc ſophiſma ſolvitur ſeparando ſenſum diviſum à compoſito.

5. Sophiſma *accentus* ſive proſodiæ eſt quod oritur ex ſcribendi pronunciandive modo. Ut, qui captat lepores *venatur*, Orator captat lepores, *ergo* Orator venatur. Quod editur nutrit, ſed liber editur, *ergo* liber nutrit.

Solvitur oſtendendo accentus aut ſcripturæ diverſitatem.

6. Sophiſma *figuræ dictionis* eſt quod propter ſimulitudinem dictionum id tribuit alteri quod tribuendum non erat. Ut ſi quis colligat quod Poeta ſit feminini generis, quia muſa, menſa, &c. ſint feminini generis. Quod emiſti comediſti, emiſti carnes crudas, *ergo* carnes crudas comediſti. Quot digitos habet infans totidem habet ſenex, infans habet decem digitos exiguos, *ergo* ſenex habet decem digitos exiguos.

Solvitur oſtendendo diverſitatem eorum, quæ convenire videbantur.

Fallacia *extra dictionem* eſt quæ cauſam apparentiæ habet in rebus per voces ſignificatis. Earum ſpecies ſunt ſeptem.

Accidentis, à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, ignorationis elenchi, Petitionis principii, non cauſæ ut cauſæ, plurium interrogationum ut unius.

Sophiſma *accidentis* eſt, cum colligitur ſubjecto convenire quicquid de prædicato quoquo modo dicitur.

Dici

Dici vix poteſt quos errores pariat, quantaſque turbas moveat in totâ humanâ vitâ miſerum hoc ſophiſma. Hinc leges, artes, arma, medicamenta, robur, ingenium, forma, & religio ipſa malè audiunt, quia hominum cri-minibus, aut infortuniis anſam dedere. Et cum nihil adeo bonum ſit ut nemo eodem male uti poſſit; ex hâc pharetra tela paſſim rapiuntur obvia quæque impetendi. Ut, Quod ſeditioni-bus, bellis, homicidiis, rapinis, rerum pu-blicarum everſionibus fomenta præbuit, illud eſt malum, ſed religio ſeditionibus, &c. *ergo* religio eſt mala. Quod homines mente mo-vet & ad furorem adigit eſt malum, ſed vi-num homines mente movet, &c. *ergo* vinum eſt malum.

Solvitur hoc ſophiſma diſtinguendo inter id quod alicui per ſe, & quod per *accidens* convenit.

2. Sophiſma *à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter* eſt, cum id quod eſt verum ſub re ri-
ctione, abſolutè proponitur aut infertur. Ut,
vinum eſt bonum, *ergo* eſt bonum febricitanti.
Arma ſunt reddenda domino, *ergo* furioſo. Vel,
vinum eſt malum febricitanti, *ergo* eſt malum.
Arma non ſunt reddenda domino furioſo, *ergo*
non domino. Æthiops eſt albus dentes, *ergo* al-
bus. Imago eſt homo pictus, *ergo* eſt homo. Ho-
minis anima immortalis, *ergo* homo, &c.

Solvitur hoc ſophiſma diſtinguendo inter id
quod ſimpliciter, & quod ex parte verum.

3. Sophiſma *ignorationis elenchi* eſt quando pro
veris contradictoriis habentur quæ non ſunt.

 Ut

Ut, cœlum tegit omnia, *ergo* seipsum tegit. Pædagogus est discipuli magister, *ergo* alter est servus. Mundus in nullo temporis tractu erat creatus, *ergo* est æternus. Deus omnia prævidit, *ergo* omnia fato ducuntur. Permittit mala, *ergo* eorum causa est. Huic sophismati accedit mos inter disputandum fere solennis, adversario imputare consequentias absurdas & odiosas, illisque traductis triumphos agere.

Solvitur hoc sophisma ostendendo defectum veræ oppositionis.

4. *Sophisma consequentis* est, cum ex una propositione colligitur altera, quæ tamen non sequitur ab illâ. Ut est animal, *ergo* est homo. Non est homo, *ergo* non est animal. Noctu vagatur, *ergo* est fur. Oenopolium ingreditur, *ergo* est ebrius.

Solvitur hoc sophisma negando consequentiam, & ostendendo illam non valere.

5. Sophisma *petitionis principii* est, cum aliquid probatur per seipsum; aut per aliud quod est æquè ignotum. Ut Dialecticam esse scientiam, quia Logica est scientia. Visionem non fieri intromissione radiorum, quia fit receptione. Omnem motum esse in vacuo, quia non est in pleno. Non dari formas substantiales, quia omnia constant ex materia & motu. Non dari qualitates occultas, quia non datur sympathia aut antipathia.

Solvitur hoc sophisma ostendendo medium non esse à quæsito diversum, aut saltem non illo notius.

6. Sophisma non *causæ pro causa* est in quo affer-

affertur pro causâ in quod proprie non est. Ut,
halcyone ovis incubante, mare est tran-
quillum, *ergo* Halcyones tranquillum mare
præstant. Alexandro nascente Dianæ templum
conflagravit, *ergo* Alexandri nativitas effecit ut
templum incenderetur. Cometæ præcedunt
bella & clades, *ergo* efficiunt.

Solvitur hoc sophisma, negando causam falsam, & assignando veram.

7. Sophisma *plurium interrogationum* est, cum
duæ pluresve interrogationes ita proponuntur,
ut unius speciem præ se ferant. Ut, Estne mun-
dus æternus & perfectus? an lacessitus injuria
debeat se ulcisci, aut libidini hostium se & sua
permittere? Estne motus in vacuo; aut uno
aliquo corpore moto, omnia per totum univer-
sum moventur?

Solvitur hoc sophisma, non respondendo unâ responsione ad plures interrogationes, sed distincte ad singulas.

Huc usque de *Fallaciis* egimus, secundum
earundem doctrinam vulgo receptam: sed &
alia cavenda sunt *sophismata*, quæ in fraudem
certius perducunt, & à veritate longius ar-
cent: præjudicium intelligo, φιλαυτίαν, par-
tium studium, iram, odium, superbiam,
ἀνθρωποληψίαν, obstinationem, incogitan-
tiam, & quotquot alii sunt affectus. Frustra
fuerit universam exhausisse *Dialecticam*, & syl-
logismi leges exactè callere, si perturbatus ani-
mus sui excidat notitia, & prono impetu in
transversum rapiatur. Quilibet *affectus* pro *so-*
phista est, nec magis concutia mens, quam
unda

unda agitata, imaginem aliquam sincere aut recipit, aut repræsentat. Habet non solum Eloquentia, sed & Dialectica *moratam fidem*, & multum refert quo quis animo ad disputandum accesserit: scil. an hypothesi militet, an veritati; famæ studeat, an conscientiæ. Multiplex & catenatus error obnoxias ducit mentes, falunt pariter & falluntur: nec deceptioni alius quam affectui; ignorantiæ quam vitiis, statuetur modus. Idem verum est quod bonum, nec adeo discitur *Philosophia*, quam vivitur. Sed cum hæc alterius sint subsellii, & ad *Ethicam* pertinere videantur, strictim & quasi obiter admonuisse suffecerit.

DE METHODO.

Rebus gerendis quibuscunque *ordinem* seu *methodum* plurimum conferre, superius monuimus, cum exinde *Dialecticam*, (quæ sola mentis humanæ copias velut lustro condito recenset, sacramento adigit, in aciem producit, vincere demum & triumphare efficit) commendatiorem reddere adniteremur.

Definitur autem *Methodus* quod sit apta dispositio rerum eodem pertinentium; ut quam optimè facillimeque intelligi, memoriæ etiam mandari, atque eidem inhærere possint.

Dividitur in *Syntheticam* & *Analyticam*.

1. Methodus *Synthetica* est, quæ progreditur à principiis simplicissimis, ad ea quæ ex istis principiis componuntur. Hac methodo tradi solent disciplinæ *speculativæ*; quales sunt Physica, Metaphysica, Mathematica, &c.

2. Methodus *Analytica* est, quæ facto initio à fine progreditur ad media proxima, & ab his ad alia remotiora, donec ventum ad prima & simplicissima. Hoc modo traduntur *Artes*, & disciplinæ practicæ; quales Grammatica, Rhetorica, Logica, Medicina, Ethica, Politica, &c.


Notandum vero hic (si alibi uspiam) imprimis obtinere dictum illud, quod passim jactatur. *Artis esse celare Artem.* Philosopho non minus quam nautæ obliquanda sunt vela ut rectum teneat cursum; imo non raro è re fuerit, & summæ instar peritiæ habendum, ab artis institutis aliquando desciscere & deviare: ad captum enim & mores illorum quibuscum agitur, omnia accommodanda sunt. Hinc Oratores, Poëtæ, nec non Philosophi & Præceptores, plurima sæpius interponunt ad rem parum facientia, ut auditores erigant, avocent, leniant, aut delectent; alia licet maximè ad causam facientia aut omittunt aut sicco pede transeunt, nè irritent illos aut tædium faciant; Demum pro re natâ quædam invertunt, anticipant, permiscent, repetuntque, ut metam quam proposuerunt sibi facilius attingant. Ita nimirum in omnia jus habet *Methodus*. Proprias aliquando leges violat, sed ut easdem certius tueatur; & Parthorum more ordines subinde deserit, ut de victis hostibus dimovenda nunquam statuantur trophæa.

FINIS.

14 — $\frac{179}{1820}$ ft.


115


Aug. 10. 1705.


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A




MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A

